S. nulla ex his solut. argumento satisfacit: non 1. tum, quia electio medij supponit intentionem finis, alias a casu posset obtineri: et ut servetur debita proportio electio efficax medij efficacis ad finem, debet supponere intentionem efficacem finis. = tum etiam, quia ex inefficaci intent. finis, non nisi a casu posset procedi ad electionem efficacem mediorum; s modus iste procedendi repugnat divine voluntati: et in illa ad minus, efficatia electionis mediorum supponit efficatiam intent. maior patet, intentio inefficax finis compatitur cum negatione assecutionis finis: ergo ex vi illius non potest ... accidens, et coeni a casu post obtineri finis. = Item tum denique, non minus supponit electio intentionem, quam executio electionis at realis et efficax finis executio et media necessario supponit necessario, nam efficacem electionem mediorum: ergo efficax electio supponit intent. efficacem. = Tandem, non minus dependet electio ab intent., quam assensus conclusionis ab assensu premissarum, s assensus certus et evidens conclusionis supponit certitudinem et evidentiam premissarum: ergo efficatia electionis necessario supponit efficatiam intentionis.

Nec

Nec 2ª solutio aliquid valet: 1º, quia tota ratio, quare elec-
tio efficax debeat supponere intentionem efficacem est quia finis est ratio di-
ligendi media, et ne ex intentione inefficaci finis procedat a casu ad
electionem efficacem mediorum; at ratio ista pariter efficatia militant in
mediis moralibus et phisicis: ergo. — 2º quia media sint physica vel moralia
non arguit ista et non illa posse eligi absque presupposita intentione finis,
cum fateatur Vazquez ad electionem mediorum conducentium ad gloriam supponi ne-
cessario aliquam intentionem finis: ergo pariter discrimen mediis moralis et phisi-
ci non arguit ad unum et non ad aliud debere presupponi intentionem efficacem.

Tandem, quia in executione non minus dependet finis a mediis
phisicis, immo forte magis, et tamen in intentione ista dependentia non datur,
sed potius est contra, media non phisica dependent in tali ordine ad finem: ergo ac-
tus seu ordo actuum in divina intentione non mensuratur ordini executionis
et consequenter ex eo quod finis per media moralia consequendus in executione de-
pendeat ab ipsis non sequitur quod intentio efficax illius debeat presupponere
prevista talia merita.

Nec 3ª solutio aliquid valet: 1º quia exemplum, quo Vazquez
utitur, in nullo servat paritatem: pater enim, non solum desiderans filio episcopa-
tum, ~~[illegible]~~ non habet illud in sua potestate, nec exhibet efficatia
media ad eius assecutionem, Deus autem omnia habet in potestate, et consequenter fi-
nem, quem consequendum; et ideo confert efficatia media, ut illud assequa-
mur: ergo exemplum Vazquez extra chorum cantat.

2º: quia ideo desiderans sibi finem, debet efficaciter inten-
dere illum, prius quam procedat ad electionem efficacem mediorum, quia habet
in sua potestate et finem consequendum et media; sed Deus habet utrumque
alias non haberet omnia, que nostre subiacent potestati, imo etiam quia ut Aug. as-
serit lib. de correct. et gratia, cap. 14. Deus magis habet in sua po-
testate voluntates hominum, quam ipsi suas: ergo ut eligat efficatia media,
debet prius efficaciter intendere finem, ut a nobis consequendum: unde
retorquendo argumentum Vazquez dicimus, quod si esset in potestate pa-
tris facere filium episcopum, posset, immo deberet ex intentione
efficaci providere filio, et disponere de mediis efficacibus ad illud

consequen=

cendus; at in potest. Dei e conferre hominibus gloriae, vt coronam eis que media ad illam conseq. tribuendi; & post ex intent. efficaci gloriae tribuere gratiam et merita efficacit. conducentia, ergo cogit. ante praevisa merita dat in Deo efficax electio hominis ad gloriam. Tertius alijs tribus solut. occurrit nostro arg. in 1. conuenit cum Vazquez in distione medij physici et moralis. = 2. resp. maiorem esse veram, si media non tantum sint efficatia sed formalit. vt talia eligant electione efficaci: falsam autem, si quamvis media sint efficatia, non tamen vt efficatia formalit. amant, et sic distinguo in pres. = 3. resp. quod vt media efficatia, vt talia eligant, sufficit intentio efficax gloriae sumpta absolute, non autem e necessaria intentio efficax prius gloriae, vt applicatur istis hominibus prae alijs.

1. Ex his solut. ia e impugnata: 2. V. reijcit 1. necessitatis solum efficax respectu auxiliorum gratiae quo ad sug entitatem communis est praedestinatis et reprobis, non in ut ... conferunt illi auxilia entitatiue efficatia: sed electio discernens praedestinatos a reprobis necessaria esse illis communis: sed debet esse efficax, non solum respectu entitatis auxiliorum, sed etiam respectu efficatiae et connexionis cum gloria. = 2. non 1. de facto media hac electione conferunt a Deo auxilia cum gloria connexa, 1. non ferunt. 2. si non 2. dicatur non ponit de facto discretio inter praedestinatos et reprobos; non autem conferunt, et non amant, quatenus sic connexa sunt talia auxilia cum gloria: sed a casu praevis intentionem conferunt a Deo sub hac ratione.

3. non hec electio discretiua e amor specialis respectu praedestinatorum; at si solum tribuit efficax ad entitatem physicam auxiliorum, et non ad connexionem quam habent cum gloria non erit amor specialis erga praedest. sed efficax debet esse nec solum respectu entitatis, sed respectu connexionis efficacis auxiliorum cum gloria. probatur min. non specialitas amoris ex obiecto volito praedest. et reprobo, e desumenda; at si solum sit efficax electio respectu entitatis auxiliorum, et non respectu connexionis efficacis illorum cum gloria, non stabit ad solum non volitum et reprobo, cum ei entitas auxiliorum illis concedat, et creent amet: connexio autem cum gloria, que illis non confert, volita sit praedestinatis: ergo huiusmodi electio specialis amor erga praedestinatos non esset. Dices:

Dices: mem̃ ex efficacem auxiliorum cum gratia esse volitam per hunc actum saltem indirecte, eo quod Deus previdens per suam mediam decessum hominis futurum in gratia, et mem̃ ex cum gratia, exhibet auxilia predestinatis in circumstantia et occasione premissa verbis vel non cum hac prævisione eadem auxilia impedit, et consequenter licet non vellit directe predestinatis mem̃ ex auxiliorum cum gratia, illum tamen vult indirecte, quod sufficit ut sit spiritualis predestinatorum amor.

Contra 2a si bonitas obtiba solum indirecte volita non constituat actum in specie virtutis, ut docet D. Th. 1. 2. q. 19. art. 7. ad 3. et cum illo frequenter theologi, et ex dictis, ad doctrinam malitiæ obtibæ quæ est indirecte volita se in actum transfundit: ergo pariter spiritualis bonitas, solum indirecte amata, non constituat actum in ratione amoris spiritualis. = 2o. Deus tribuens concursum simultaneum in occasione, in qua videt hominem peccaturum non dicitur indirecte spiritualiter volens, nec de malitia, nec materiale peccati: ergo similiter largiens gratiam prævisa eius mexione cum gratia non dicitur spiritualiter volens illam mem̃ ex nisi adsit spiritualis amor directe ad illam terminatus.

Denique reiicitur 3a solutio Tertii: licet sit possibilis efficax electio ad gloriam absolute et non prout applicatam illis pre aliis, nihil ominus procedere ex intentione ad illam, ut specialiter applicatam est congruentior modus operandi: ergo semel probato et concesso, quod debet precedere efficax electio ad gloriam efficacem electionem mediorum non debet esse electio ad illam absolute et confuse, sed ad ipsam ut illis applicatam pre aliis.
sed ad ipsam, ut illis applicatam pre aliis.

Arguitur 1: Christus Dominus de facto meruit nostram electionem ad gloriam ... de facto illius merita electa fuerunt, ut ... et tamen non presupposuerunt efficacem intentionem gloriæ ... non secus efficax electio mediorum presupponit intentionem efficacem finis ... Christus Dominus suis meritis non solum promeruit ... exhibitionem ... decretum efficax tam intentionum quam executionum ... de quo in tract. de merito Christi ... presupposuere decretum efficax electionum ad gloriam; neque ex illis traxerunt originem, aliud principium

merit

meriti caderet sub merito, quod est falsum in nostra sententia.

Ad secundum antecedens distinguo consequens: electa fuerunt electione proprie dicta, tracta ad medium proprie tale, nego consequentiam; electione accepta pro volunt[ate] causa efficaciter inferente effectum, concedo consequentiam, voluntas autem tur[?] voluntas efficax meritorum Christi proprie electio non sit, eo quod merita Christi Domini, ut pote ordinis superioris non fuerunt assumpta, ut proprie media ad gloriam, sed ut causa illius, unde voluntas amandi merita Christi non fuit filia praedestinatorum, sed excellentia ipsorum meritorum, fuit enim filius dilectus, in quo Pater sibi complacuit; caeteri autem praedestinati placuerunt in ipso, dicente Paulo, elegit nos in ipso etc. nostrum autem argumentum solum procedit quod aliquis amat ut medium proprie tale; cuius enim voluntas amandi medium sit bonitas finis, ut medium amet efficaciter, debet praecedere amor efficax finis.

2.º Arguitur: si sub aliquam rationem electio efficax ad gloriam deberet praecedere efficaciam electionis mediorum, maxime quia discretio in electione mediorum debet desumi ex discretione intentionis finis, hoc est falsum; ergo etc. Probatur minor: electio efficax praedestinatorum ad gloriam discernens illos a reprobis non est intentio, nam licet sit intentio respectu mediorum, est tamen electio respectu manifestationis attributorum Dei, et tamen nullam discretionem supponit in intentione; ergo non discretio electionis desumi debet ex discretione intentionis. Probatur minor, nam intentio, quam supponit est manifestandi attributa divina; et haec intentio communis est praedestinatis et reprobis, nec pro illo aliquo tempore est illorum prae istis; ergo in intentione supposita ad electionem ad gloriam, nulla invenitur discretio.

Ad 3. [?] nego minorem ad cuius probationem negatur minor. cuius probatio diluitur quod dicendo quod in intentione manifestandi attributa continetur virtualiter discretio quae invenitur in electione praedestinatorum prae reprobis; cum enim sit efficax ad manifestandam misericordiam et iustitiam divinam; (quam canet: Propheta, misericordiam et iudicium cantabo tibi Domine) divinamque providentiam, suavitatem et ut manifestativa iustitiae sit radix exclusionis reproborum a gloria, sicut ut est manifestativa misericordiae est radix electionis praedestinatorum,

fit

fit coens, q̃ haberet discretio elect^is n̄ pertineat^r formalit^r in illa in=
tent^e, sed habet virtualit^r tantum.

Sed instabis 1°: male inferunt Thomistæ ex inten-
tione gliæ respectu prædestinatis co'is n̄ posse oriri discret^m elec-
tionis ad gliam, q̃ æ illa equalis ad o'es. Sed co'a n̄. illi dicunt de-
rivari inequalit^m electionis. 2°. Sed ex inefficaci intent^e mani-
festandi attributa potent Deus immediate pcedere ad elect^m
tionis ad griam, ut efficacit' oducentem ad gliam absque intent^e me-
dia efficaci gliæ: ergo co'a, n̄ in illa intentione otinet virtualit^r di-
scrimen huius electionis, ergo si sufficit virtualis otinentia talis di-
scretionis, poterit ex ista ad illam Deus immediate pcedere.

Resp. ad 1. illat^m Thomistarum optimam esse, n̄ inte-
tio gliæ opposita ab adversarijs inefficax, et coent n̄ possit ine-
qualitate virtuali gaudere, nec addunt virtualit' post prædestine-
re discret^m electionis ad griam ex efficatia desumptam ob roem
dictam: voluntas autem manifestandi attributa, cum efficax sit
post inequalitate virtuali gaudere respu inequalitatis fra-
lis electionis. = Ad 2. nego coam; ad probinem distinguit ant,
otinet virtualit' imm^e, nego ant, mediate, transeat ant, et ne-
go coam, q efficatia intentionis n̄ solum debet eē cū fine media-
tum, sed et immediatum parit^e desumpta ex evidentia premiarij,
quæ exigit ad evidentiæ DEI. Unde cum manifest^o attributorum sit
finis mediatus respu griæ et meritorum, ut efficacit' oducen-
tis ad gliam. fit coens, q discrimen reptum in elect^e ista otinea-
tur et solum mediate in volunt^e manifestandi attributa, imm^e
v° in elect^e ad gliam, ac proinde requirit intent^m efficacem utriusq.
finis. 3° Arguit^r: Gloria, ut corona e finis meritorum; et tn pt sic
preintendi n̄ post efficacit' ante prævisa merita, ut efficacit' oduce-
tia ad ipsam: ergo deficit precipuum assumptum. Prob. min: gliæ corona essalit
dependet a meritis: ergo neqt preintendi ante merita. = Resp. neg. min, ad
cuius prob^m distinguo ant, dependet essalit' a meritis in genere ca' effic^tis, et in
ordine execut^s, concedo ant, in ord^e intent^s, et in gen^e ca' finalis, nego

ant.

ant. et coam; Vt. n. in ord. intent. ut opor. sufficit q. licet dependeat a me-
ritis in gen. cae effic. n. dependeat ab illis, s. poti. in ratione illorum in gen. cae finis.

Dices: implicat intelligi coronam vt coronam sine ord. ad me-
rita: ergo implicat intendi sine ordine ad illa, et coexist. sine illorum praeexist. =
Distinguo ant. sine ord. ad menta, vt causantia in suo genere, nego ant.
ad menta vt causantia in execut. concedo ant. et distinguo cons. eodem modo, ex
quo solum seq. debere attendi menta et attingi a decreto intentiuo glae
vt effus ipsius decreti, n. autem vt motibum decernendi.

Si dices: quia poena vt poena est effus demeritorum nequit intelligi
in aliquo ord. aut intendi efficacit. absque praeuisis demeritis, vt moti-
bis; ergo corona vt corona, si meri. est effus demeritorum, quam poena demerito-
rum: Resp. Distinguo ant. causalem mai. quia poena est effus demeritorum praeuisse,
nego maiorem, quia est effus demeritorum, et alias quia n. est bonum de prima ratione intent.
bonum occasionatum, transeat maior, et concessa min. nego cons. n. corona
vt talis n. est bonum occasionatum, s. quid de se amabile, sec. autem poenam, et ideo po-
test corona rone sui in ordine intent. amari absque decret. et praeuis. me-
ritorum, n. quidem causata in illo ord. a meritis, s. ut illa causans et inferens.

Denique Obiicies: sequit. ex nostra rone, q. neque est de pota ab-
soluta potent. Deus eligere efficacit. ad gram et menta absque supp. in-
tent. efficaci ad gl. am; coens est falsum, cum nequeat assignari ro implic-
tionis: Pr. seq. etenim ro nostra procedit ex eo q. id petit ordinat. modus
appetendi menta, et ex dependentia essali electionis ab intentione,
at Deus nullo modo post appetere inordinate, neque variare essales depen-
dentias rerum: Resp. si ro facta aliq. pbat, n. totum concludit de facto s. de pota abs.

Distinguo ant. si sumantur amenta vt media solum sufficien-
tia ad gliam, nego seq. si vt efficacit. et infallibilit. nexa cum glia, concedo seq.;
neque in coendi aliqd inueniens repis; tum q. aut Theologi n. reputant incon-
ueniens asserere Deum n. posse efficacit. inuiscere a glia, est de pota absoluta; q.
quid mirum, si nos in ord. efficatiae opponamus implicare asseramus; tum est q.
inconueniens n. est, s. poti. ratio asserendum n. posse assensum euidente ma. quat.
n. est fieri absque euidenti praemissarum assensu: ergo q. electio efficax medii, vt nexi
infallibilit. cum fine, nequeat ee. de pota absol. sine praeuia efficaci finis intent.
n. debet iudicari inconueniens: implico autem constitit in hoc q. praedicta electio esset
efficax et n.; efficax esset, vt supponit, n. esset efficax, vt roe facta pbam.

Sta=

Statuit decretum exec^bus^ gloriæ post prævisa merita.

2^a^ p^o^: Præter decretum intentivum gloriæ ante prævisa merita datur aliud executivum quod ipsam gloriam supponens merita prævisa: sic nostri Thomistæ, et q. tot illius testimoniis sacræ Scripturæ quod Vazquez suam intendit probare p., quæ nostram D.^nem^ efficaciter suadent, ut postea videbimus. = Deinde non Aug. libro 1° ad Simplicianum q. 2. propositum iustificationis non sine elect.^me^ electio. Sine propositum, sic n. ait August. electio non præcedit iustificationem, sed efficit iustificationem, quæ verba verificari nequeunt de electione efficaci ad gloriam intentiva, quæ ista, ut vidimus in 1^a^ p^e^ antecedat iustificationem et merita contra doctam Augustini: quod datur alia electio ad gloriam ab æterno, quæ pertinet ad ordinem executionis, quæ quidem non præcedat, sed subsequatur iustificationem et supponat merita prævisa.

Urget hoc amplius: non contra Aug. loco cit.^o^ datur alia electio ad gloriam, ait n. nemo n. eligit, nisi iam distans ab illo qui relinquit: et sine hanc electionem intelligit Christum dicentem, elegi vos ante mundi constitutionem: at non possunt hæc verificari de decreto intentivo in sensu D. Aug. ut vidimus: quod de decreto executivo debet intelligi. Videat de hoc Mag. Joan. á S. Th. 1. p. q. 23. de prædest.^e^ disp. 8. lib art. 2.

3° suadet p^o^: media moralia videlicet merita non aliter causant execut.^em^ finis, nisi movendo volunt.^em^ præmiantis: quod si merita causant temporalem execut.^em^ gloriæ movent volunt.^em^ divinam, illam quæ movent ad execut.^em^ gloriæ; at divina voluntas temporaliter moveri non potest, nec in tempore aliquid novum habere, sicut neque in tempore aliquid velle de novo quod ab æterno movet a meritis, et cum de voluntate gloriæ intentiva hoc nequeat verificari ponenda est in divina volunt.^e^ quædam gloriam electio executiva ab intent.^e^ dicta.

4° suadet p^o^: actus exterior non potest habere honestatem alicuius virtutis specialis, quin det aliquis actus interior [illegible] voluntatis, qui formaliter habeat eamdem honestatem: at exterior gloriæ collatio gaudet formaliter honestate virtutis iustitiæ, aut distributivæ aut commu-

imutatibe aut Utriusque simul 2a Varias 1a: Quod dat aliquis actus divinae Voluntatis gaudens formalit. huiusmi honestate, cum que electio efficax ad gloriam spectans ad ordinem intentionis non sit formalit. actus iustitiae sed omnino liberalis et independens à respectu meriti, vt vidimus decretis executionum recognoscendus est in Deo, à quo exterior gloriae collatio habeat honestatis formalitatem. Discursus elegantius vsque ad ultimam illationem non probet maior, quae sic suadet; tum quia actus exterior sumit speciem ab interiori, tum quia exteriori actui non petit ratione sui formalit. honestas, sicut nec libertas, sed ratione actus interioris. = Deinde que ab inductione nostrorum actuum exteriorum in quibus honestas virtutis nequit reperiri, nisi formalit. participat talis honestas in actu interiori: Quod Vera est illa maior.

Respondebis fortasse, electionem intentivam esse actus iustitiae formalit. quia licet non habeat merita pro motivo, quae obligant Deus vellet conferre gloriam non tamen Vult quod illum actum dare gloriam gratis, sed propter merita et hoc sufficit, vt praedictus actus habeat honestatem iustitiae quod probatur tum, quia ille actus, quo quis proponit ius suum vnicuique tribuere, est actus iustitiae, vt constat ex eius definitione, et tamen actus iste non movet ex iure praerequisito in alio: Quod 2o probatur tum, quia quando quis eligit vnum de duobus, cui vendat equum, actus iste electivus licet quoad comparationem sit gratuitus, non tamen est actus liberalitatis absolute, sed est actus iustitiae, quia non vult dare, sed vendere equum, et si non sit obligatus ad Vendendum: Quod similiter quamvis Deus non sit obligatus ad Volendum efficaciter gloriam istis prae alijs, quia tamen non vult omnibus dare illam gratis, sed vt ita loquar, Vendere, vt mercedem meritorum, actus iste non erit liberalitatis, sed iustitiae, ac proinde ex hoc capite non erit necessario alius actus pertinens ad ordinem executionum. Contra 1o: omnis actus virtutis debet pro motivo respicere proprium talis Virtutis obiectum, et non solum vt rationem quae attractam, vt per discursum probat Doctor; sed obiectum iustitiae est ius alienum: Quod eo ipso quod electio efficax ad gloriam non respiciat pro motivo ius fundatum in meritis, non potest esse actus iustitiae. = 2o: nam fere omnes Theologi, qui fatentur Deum esse incapacem rigorosi debiti ex iustitia, tollunt consequenter ab illo habitus iustitiae rigorose acceptum: Quod quia sentiunt omnes actus iustitiae necessario respicere pro motivo ius alterius, et egredi à persona obligata, ac proinde eo ipso quod Deus abs-

absque obligatione vellit hominibus gloriam voluntate intentiva, talis voluntas nequit gaudere honestate iustitiae.

Denique: non esto daremus actus illum aliqualiter esse iustitiae, quia respicit pro obiecto gloriam dando ut coronam, quae tamen non habet merita pro motibus non potest esse actus rigorosae iustitiae, seu saltem ad quem Deus saltem aliquomodo ex iustitia teneatur; sed debet constitui in voluntate Dei aliquis actus huius conditionis, et praeter decretum intentivum admitti debet aliud executivum.

Ans probat ratione facta; omni enim actui exteriori correspondere debet

ans probat ratione facta: omni enim actui exteriori correspondere debet aliquis actus interior eiusdem honestatis speciei; at exterior gloriae collatio, seu est actus iustitiae strictae, seu est talis, quod ad illum ex aliqua ratione Deus ex iustitia teneretur: ergo debet admitti actus voluntatis Dei, qui seu sit rigorosae iustitiae, seu ad minus talis quod ad illum Deus aliqua ratione teneatur ex iustitia; cum quo decretum intentivum gloriae non sit huiusmodi conditionis admittendum est in Deo decretum executivum gaudens tali firmitate.

Neque exempla in solutione adducta illud adiuvant: non primum, quia actus ille quo quis vult absolute ius unicuique tribuere, licet non moveatur a proprio iure alterius in particulari, movetur tamen a iure alterius in communi. = Neque 2um, non ille, qui inter emptores eligit unum prae alio, cui vendat equum, licet operetur ratione aliqua ratione, quoad praeparationem, absolute tamen movetur a pecuniis, ut equum vendat: Deus autem in praedicto actu nullatenus movetur a meritis, neque in particulari, nec in communi, quae postea illa respiciunt ut effectus voluntatis suae, et ideo talis actus non est iustitiae aliquomodo sed mere liberalitatis.

Arguitur 1o contra iam dictam: ex testimoniis Sacrae Scripturae, et 1o ex illo Math. 25. Venite Benedicti Patris mei, percipite regnum, ubi causalitas illa, inquit Vazquez, non solum ad temporalem exhibitionem gloriae, verum etiam ad aeternam eius praeparationem est referenda. = 2o ex illo [illegible] seu ad Chorinth. 2. Occulus non vidit, nec auris audiuit, quae praeparauit Deus [illegible] denotat. = 3. illud Iacobi 2. non ne Deus elegit pauperes in hoc mundo, diuites in fide, et heredes regni. cui textui non respondeat, ait Vazquez, quod eligere diuites, idem est ac facere diuites in [illegible], quia alias eligere pauperes idem esset ac facere pauperes, quod videtur infirmare textum. = 4um est illud

illud Ap.li ad Rom. 8. quos prescivit, hos et predestinavit, vocavit, et iustificavit, confres fieri imaginis filij sui, id est quos prescivit bene operaturos, et confres futuros imagini filij sui, hos predestinavit etc. ergo prevision operis fuit causa electionis, que omnia confrat Vazquez quest. negativa Sing. q ex tota illa non posse aliquod testimonium suaderi voluntas efficax glorie antevertens merita, cum hoc, que ad illam subsequitur, sit tot testimonijs confirmata.

R. 1. et 2. testimonium: probare electionem executivam ex previsis meritis, quae autem pret. statim non det alia connexionem ad ordinem intentionis causantis merita, omnino quae nec levit indicare. = B. test. non ad rem, cum D. August. (cui magis quam Vazquez credendum est) lib. de pred. Sanct. cap. 17. sic explicet verba Jacobi: elegit, q facit divites in fide, sicut heredes regni, recte quippe hos eligere dicit, quod ut in eis faciat, eligit, cum hic August. verba illa interpretetur de electione causante et non supponente merita, inepte illud testimonium adducit pro electione ad gloriam supponente merita. neque inveniens indicari debet q eligere pauperes sit pauperes efficere, non est paupertas effectus predestinationis.

4. testimonium est extra rem, ut D. Th. ibi lect. 6. allegans intellectum predictum, illamque impugnans, ita concludat, unde convenienter sic ordinatur littera: quos prescivit, hos et predestinavit, fieri confres imaginis filij sui, ut ista confrmitas non sit ratio predestinationis, sed terminus et effectus. = Ad confrat. de auctoritate negativa constat ex testimonijs pro nostra sententia a thomistis com. allatis.

2.o Arguitur ratione a priori, ut inquiunt contrarij: ordo inter diuina decreta desumitur ex ordine obiectorum; at gloria, neque in intentione neque in executione causa est meritorum: ergo neque intentionem neque executionem glorie decretum merita previsa precedunt. probatur min. ex differentia, que versatur inter media physica et moralia, quod illa causant finem in seipso; haec autem non aliter causant, nisi movendo et alliciendo voluntatem premiantis ut velit premium conferre; at merita non physice, sed moraliter conducunt ad gloriam: ergo movent diuinam voluntatem, ut velit illam conferre, et ideo non causant gloriam, sed illam causant in ordine intentionis.

R. neg. min. ad probationem dicatur q licet media moralia debeant movere voluntatem premiantis, non sequitur q eodem eius actu debeant illam movere, sed sufficit q ad voluntatem executivam moveant. cum quo recte compatitur q voluntas intentiva precedat non mota a meritis, sed causans illa.

q. n.

q. n. intendens finem propter merita conferendum, habet in manu sua utrum-
que conferre finem scilicet et merita, quo consequendus est finis, nā-
trio debet ipsamerita causare, ut contingit in pres. et quidem
si aisp aliquid probaret, convinceret eß quod voluntas inefficax
glie deberet precedere merita, q nullus usquemodo averruit..

Dices: Supp. voluntate efficaci glie in ord. intentionis non
mota a meritis, non adest locus tali executioni a meritis mote; sed voluntas
est nulla. Probatur ans: Voluntas efficax intentiva cum infallibilitate executionis
connexa; dat supp. talis volunt. infallibilitate propter executionem non cadentem sub
merito, repugnat mediare volunt. executivam motam a meritis: sed primum
non solum id ipsum requirit ad hoc premii, se etiam ex pietate generali ēnd
rore beneficii gratiosi, si est gratis; at supp. voluntate efficaci infallibi-
liter cum executione connexa non datur locus nobis volunt. libere, hoc est adornatam
non actiones: sed neque volunt. premiativa = 2° id ipsum requirit ex-
parte premiantis, ut voluntas eius sit premiativa, quod requirit ex parte mere-
ntis, ut voluntas ei sit meritoria; at supp. tali efficaci voluntate cum executio-
ne connexa ex parte merentis non adest locus nobis voluntati meritorie, ie supp.
parita ex parte premiantis volunt. infallibiliter cum execut. connexa non
remuneratiba non datur locus voluntati premiative a meritis mote.

S. non minus connectit voluntas executiva cum voluntate
intentiva, quam executio cum volunt. exeq. at propter connex. execut. cum volun-
tate exequente, si hec non cadat sub merito, executio neque sub merito
cadere: ergo si voluntas efficax intentiva non movet a meritis, voluntas
executiva ab iisdem moveri non poterit.

Ad neg. ans. ad cuius probationem negat min., ad eius probationem dis-
tinguo min. non adest locus nobis voluntati libere, nobilitate excludente
connexam cum priori volunt., concedo min. nobilitate distinctionis, nego
minorem et conam, 1. distinguo eodem eodem modo. = Ad 2. distinguo
min. eodem modo. = Ad 3. nego causalem min. non n. ideo executio
sub merito neque cadere, si voluntas exequens sub merito non ca-
dat, quia cum illa connexa infallibiliter sit, sed quia executio neque a meritis im-
mediate movi, sed mediante volunt. premiantis: unde si hec a me-
ritis non moveat, executio ipsa non potest sub meritis cadere; voluntas autem
exequens capax est rōe sui motionis meritorie; unde licet voluntas ante-
tece-

antecedens n̄ moveat à meritis, poterit voluntas exequens trahere meritoriam motionem.

4° Arguit: glia in execut. n̄ confert adultis, nisi ut praemiu meritorum: ergo ab æterno Deus n̄ aliter conferre decrevit, q̄m ex meritis praevisis: p̄ cons. n̄ aliter ab æterno fuit glia decretata, ac in temp. execut. mandata; at in temp. confert dependent. à meritis: ergo ex illis ut praevisis fuit decretata, et consequent. nullus dat. decretum efficax esse gliam in Deo merita praevisa antevertens.

Ex dictis duplex esse gliae constituendum esse decretum in Deo: alterum intentibum, executibus alterum: 1us n̄ adaequat cum execut. in ordine, imo opposito modo procedit, n̄ unde incipit intentio, ibi terminat executio, ac proinde sequitur dicto falsum esse dicere eodem glia eodem modo intenta ac executa: si vero de decreto execut. loquamur, verum est illud ab æterno esse volitum gliam eodem modo, quo in tempore exequitur; unde cum in tempore conferat ex meritis, ex illis fuit volita ab æterno p̄ decretum executibus.

Multipliciter insurgunt contrarii adversus hanc sol.em 1° n̄ merita Xpi, eo q̄ in re praecesserunt exhibitionem nostrae gratiae et gliae, fuerunt ab æterno praevisa, neque ante decretum executibus, q. et intentibus gratiae et gliae: ergo si merita nostra praecedunt temporalem collationem gliae, ut in re parta praecedunt ab æterno praevisa decretum efficax gliae, tam intentibum q̄m executibum. = 2° apud Augustinum et alios Ecclesiae Patres benefactibus hoc cons. promeret quis 1am gratiam: ergo promeret praedestinationem ad illam; at si staret glia conferre in temp. intuitu meritorum, et decretum efficax intentibum à meritis n̄ moveri, illa cons. esset nulla: ergo eo ipso q. glia in tempore conferat ex meritis, os decretum efficax gliae, sive intentibus sive executibus merita praevisa supponit.

3° arguit q. ut glia conferat in tempore sufficit decretum executibus, cum neque sit efficax, infallibiliter ex vi illius, glia esset conferenda: ergo inutile esset 1m decretum intentibum, si daretur hoc 2us executibum. = 4° impugnat solutio ab impossibile dicti decreti intentibi, liberalis et gratuiti, n̄ os decreto efficaci divino debet ex parte effectus aliquid correspondere; at glia, p. ut in re confertur nihil includit, q. decreto efficaci intentibo liberali et gratuito correspondeat: ergo p. min. n̄ glia in re ex iustitia et n̄ ex liberalitate confertur: ergo in illa p. ut sic in re confertur, nihil valuerit correspondere decreto liberali et gratuito. = denique: implat gliam dari gratis et da-

et dari ex meritis: Ergo est implicatio inter efficax dandi gloriam gratis, et volitionem efficax dandi illam ex meritis. Probatur consequentia, tanta enim repugnantia est inter decreta efficatia, quanta in illorum executione invenitur.

Sed obiectiones istae parum urgent: ad 1. negatur causalis, ratio enim cur merita Christi praevisa fuerunt ad electionem efficacem intentivam gratiae et gloriae non est quia promeruerunt gratiam et gloriam, quatenus in re conferunt sed, quia non fuerunt electa ut media, sed ut causa absoluta ad gratiam et gloriam recte superius assignata, unde potuerunt praecedere de decretum efficax circa illa.= Ad 2. dicatur, ex merito 1ae gratiae quoad ut in executione solum inferri per consequentiam formalem meritum decreti executivi gratiae, meritum autem decreti intentivi illius solum inferri per materialem consequentiam, et a pariter ratione, quia si non obstante quod gratia sit prius intrinsecum meriti possit cadere sub merito, ergo si decretum intentivum illius sit prius extrinsecum meriti poterit cadere sub merito, quae ratio non militat cum merito gloriae, cum gloria non sit prius merendi, sed huius meriti.

Ad 3. nego ant. nam licet 2um decretum efficax sit, quia in ordo dicit ad finem, petit ut praecedat ordo intentionis ordinis executionis, ideo quod finis sit prior in intentione et posterior in executione, et dicta amabilitas [illegible] in intentione sit prior, et posterior in executione, et dicta amabilitas sit in gloria ut intentibili, ac in illa ut exequibili, consequens sit quod non sufficit [illegible] exigat decretum intentivum, distinctum ab executivo.

Ad 4. nego min. ad probationem distinguo ant. quoad 2am partem, et non ex liberalitate conferatur, proxime et formaliter, concedo ant. non ex liberalitate in radicalitate et virtualiter, nego ant. et consequentiam, quia ut decreto intentivo efficaci libero et gratuito aliquid correspondeat in re sufficit quod exterior collatio gloriae sit liberalis radicaliter, licet non formaliter.

Ad ult. concedo ant. distinguo consequens: repugnat intendi gloriam gratis, et ex meritis, sumpto gratis determinante obiectum, concedo consequentiam, determinante et explicante motivum illius, nego consequentiam: itaque haec duo decreta, scilicet volo efficaciter quod gloria detur gratis, et volo efficaciter quod detur ex meritis non minus pugnant quam exhibitio gloriae ut corona, et collatio eius gratis non minus pugnant; haec autem duo decreta, volo gratis dare gloriam, sumpto gratis determinante actum internum, et excludente merita, non a gloria sed a motivo voluntatis intentivo gloriae, et hoc decretum ex meritis praevisis, volo gloriam conferre voluntate executiva non pugnant aliqua ratione inter se: decretum autem intentivum gloriae quod nos vocamus liberale et gratuitum, et opponimus cum executivo ex iustitia, non importat sumpto gratis 1o sed 2o modo.

Sim-

Instabis: licet illud decretum intentionis gratuitum et efficax ex motivo gratuito, tamen mandandum erit executioni ex motivo generali remunerativo, et consequenter non potest comparari cum decreto executivo dandi gloriam ex meritis, et ex motivo iustitiae. Licet consequentia, ex qua colligitur quod non in hoc distinguitur decretum efficax a decreto inefficaci, quod illud habet infallibilitatem annexam executionis ex eodem motivo; tum est quia decretum illud, eo ipso quod sit liberale, debet liberaliter gratis determinare. Probatur: quia si comparetur predictum decretum cum altero executivo, hoc ipso quod liberale sit, quia decretum gratuitum sumit speciem ab obiecto, at obiectum eius per ly gratis explicatur; quod ly gratis ex parte obiecti se tenet, et illud detrahat, eo ipso quod liberale sit.

Respondeo ad primam instantiam, nego consequentiam, et ad probationem concesso antecedente distinguo consequens: habet infallibilitatem annexam executionis ex eodem motivo, id est ex eodem motivo dicente rationem obiectivam, ex qua habet efficaciam, ut motivum radicale et remotum executionis, concedo consequentiam; ut motivum formale et proximum executionis, nego consequentiam. — Ad 2. nego antecedens, ad probationem concessa maiori, et minori distinguo consequens: debet se tenere ex parte obiecti, ut quo, admitto consequens; ut quod, tanquam quod volitum, nego consequentiam, et hoc solum negavi in solutione, quod licet velit Deus per talem actum dare gloriam gratis intemporaliter, non autem negavimus motivum gratitudinis ut quo ingredi ex parte gloriae, ut volitum in ordine intentionis.

Denique plura inconvenientia opponunt nobis adversarii: ex quibus aliis omissis, duo difficiliora adducam: primum sequitur ex nostra sententia, hominem non electum efficaci electione salvari non posse, et quod hoc illi ad culpam non imputetur, quod est absurdum. Probatur sequela: quia electio illa efficax necessaria est in nostra sententia, ut homo salvetur; sed illi, cui deest, deficit aliquod requisitum ad consequendam salutem, et consequenter illam adipisci non potest. — Si respondeat cum solutione electionem efficacem non esse necessariam, ut dante potentiam sed actualem executionem, ac proinde ex deffectu illius non sequitur deffectus potentiae, sed solum consequutionis actualis.

Contra: quia licet predicta electio non requiratur ex parte potentiae, ut dans potentiam, requiritur tamen indispensabiliter, ut homo de facto salutem consequatur; at ille, qui non habet in sua potestate requisitum necessarium ad aliquid, nec illud potest in sua potestate retinere: sed homo non electus, in cuius potestate electio efficax non est, non solum non salvabit, sed nec est in sua potestate retinebit salutem, ac proinde salvari non poterit.

2º sequitur ex nostra sententia libertatem predestinati penitus destrui. Probatur sequela: posita efficaci electione necessarius est electus consequi gloriam, nec potest illam non consequi: sed aufertur ab eo libertas in consequenda gloria. Probatur consequentia, quia illud solum agit quis libere quod positis omnibus requisitis potest agere et non agere, at electio necessaria est, ut homo consequatur salutem, et illa non posita non potest non consequi: sed necessario et non libere gloriam consequitur.

Si vel-

Si respondeat necessit^m illam esse ex suppos^e et impot^e non seq^di gloriam elect^e presupposita essentia consentiente et in sensu composito, non vero ante et in sensu diviso, ac proinde libertatem nostram non subsistere. Contra in dictis arguit pasque, illa necessitas sm Anselmus libert^m evertit que est ante; at necessitas obtinendi salutem orta ex electione, est necessitas ante, cum non subsequatur ad nostram libert^m, sed illam preveniat et destruat libertatem.

Resp. ad 1. inveniens solut^e datas et impugn^m. Resp. 1°: elect^{ionem} efficacem ad gloriam ante previssa merita non esse necessariam de pote absoluta, ut hoc illam consequatur meritorie, ut iam sup. diximus, sed esse necessariam ex supp^e quod Deus procedat ex electione efficaci mediorum efficacius ad consequut^m glorie; unde ex eo quod predicta electio non sit in nostra potestate non sequitur actus meritorios glorie non esse in nostra potestate quo ad substantiam, sed solum quo ad actualem coniunct^m cum gloria, que dependet ex perseverantia finali. Hanc autem perseverantiam, et ut sic non esse in nostra potestate docet 1.2. q. 109. art. 1.

Resp. 2° admittendo predictam elect^m esse indispensabilit^r necessariam ad consequut^m glorie, quo admisso, dico continentiam omnis requisit^i ad aliquem actum solus esse necessariam, ut quis possit illum elicere pote libere causa non subordinate, non autem pote causa 2^e subordinate; quod doctrinam omnes tenentur admittere, cum fateri debeant ad eius vis act^{us} elicientis prev^m concursum causae 2^e esse necessariam concursum causae 1^e quem tamen agens 2us liberum actibus non continet, quod ex hoc sequatur in sua potestate non continere actus 2us.

Ad 2. inveniens Resp. solut. illic data, ad impugn^{nes} concessa maiori negatur min.; ratio quia electio efficax licet non supponat actus nostros liberos, supponit tamen in sui execut^e propria libertatis ipsamque libert^m actus causat, et infert ratio quia ut necessitas non sit ante [illegible] sufficiat quod supponat libert^m nostrorum actuum non inde [illegible] voluntate divina, que per [illegible] dicit August. magis habet in se hominum voluntates quam ipsi suas; inde non necessitas que volunt^e hominum liberas supponit in se non est ante, destruens libertatem illorum, neque eos poterit illam destruere necessitas supponens actus nostros, per ut contentos in divina potestate, et ad hanc indifferentiam ad oppositum inclinans.

Ex dictis in discursu dubii colligitur 1°: quod electio efficax ad gloriam ante previssa merita conducit ad conferendum in tempore detractus gradus glorie, ratio quia gloria in gradu detracto est finis meritorum, et ideo prout sic debet trahere efficacem electionem ante previssa merita, ratio est quia electio illa trahit ab libere ad [illegible] quo gloria

gloria in temp. dat; tum deniq. non ex vi to mo elect. ad gloriam nullus seqt. invenire [illegible] et alias e conformari mo efficaci volunt. divinæ, ad deum semp complacentiæ, quæ non attingit nec attendit circumstantias obti, in quo complacet.

Colligit 2°. gloriam et merita non uno actu sed diuers. esse a Deo effic. volita, tum q. electio ad gloriam vt finem obtinet rnem intent. voluntas autem gratiæ et merit. obtinent rnem elect., at electio et int. in nobis disting. realit., in Deo autem virtualit.: sed tum q. electio efficax ad gloriam et voluntas gratiæ et merit. habent obiecta dicta, quorum vnum e rnem alterius: secundum ordinem, et consequent eadem distinctionem seruant int. se virtualit.

Supponet 1°. ex D. Th. 1. 2. q. 8. art. 3. volas eodem actu ferri in media et in finem, prout e rnem volendi media; et art. 4. eiusdem q. docet eodem mo ferri volas in finem et in id q. e ad finem: sed electio fert in finem vt e rnem volendi media, et in media, vt stant sub fine tamqm sub rne formali: sed idem actus e in nobis electio et intentio, et potiori iure in Deo. = 2°. q. intus eodem actu, quo attingit prima attingit et 2a, cum sint obta int. se ordinata, et consequent vno actu ab intu attingibilia; at eodem mo comparant ad voluntate finis et media, quo prima et 2a ad intum: sed post volas vno et indiuisibili actu atting. media et finem, et consequat vnus actus erit virtualit. quo Deus amat gloriam, gratiam et merita.

Ad 1. obiect. Dist. not. volunt. posse ferri duplr. in finem, vt dicit ordinem ad media, et ad media, vt dicunt ordinem ad finem: 1°. talit q. ad vtrumque tret. in recto, et vt quod. 2°. talit q. ad vnum tret vt quod et in recto, et ad aliud vt quo et in obliquo: 1° mo non posse voluntas vno et eodem actu versari in finem et media, bene tamen posterior mo, quo supp. explico D. Th, et distinguo min.: intentio fert in fine, vt e rno diligendi media, ratione ad finem vt quod et in recto, ad media vt quo et in obliquo, concedo min., scit q. feratur eodem actu, ita vt intus respiciat fine et media, vtrumque in recto, et vt quod, nego min., ad hoc non requirit duplex actus, quæ distinctio applicat proportionabiliter min., quatenus affert pro exemplo actus electionis.

Dices: actus, q. trat ad media rne finis non solum vt quo et in obliquo, sed et in recto et vt quod, trat in finem: sed ille actus realit. et formalit. e intentio, et consequent intentio et electio non distinguunt realit. in nostra voluntate, nec in Deo virtualit. Pr. ans. q. non lux e rno videndi colores non solum vt quo, sed et vt quod videt ipsa lux, eo actu quo videt color, at finis e ros

dili-

dilig. media: electio tracta ad media, tract. ad finem, non solum ut quo est in obliquo, sed ut quod est in recto, et ro ent. ipsa electio est intentio.

Resp. neg. ant. ad prob. dicat causalem maioris non esse adaequatam, sed insuper reo est, quia pota visiba non movet ad videndum colores, media visu lucis, sic non non possent lux et color eadem visione attingi a pota visiba. voluntas vero a fine ut quod volito, mediante intentione movetur realiter in nobis, et in Deo virtualiter ad volenda media, quia illa sm se non sunt volibilia, nisi deriuet ab illa bonitas, ut a fine participat, et ideo non possunt in nobis idem actus realiter et in Deo virtualiter tracti ut quod ad finem et media.

Ad 2. obiect. Resp. neg. ant. quia non convincit prob. ibi facta, non licet enim pria et 2da sint obta ordinata, tn quod utrumque attingit in recto, et ut quod, id non fit in nobis uno actu unitate simplicitatis, sed unitate ordinis, eo quod intellectus medio actu atting. pria, movetur discursive ad attingendas 2das in Deo autem utrumque cognoscit in recto uno actu unitate simplicitatis, quia ut simplicitas opponitur compositioni, non tn tali unitati, quae excludat distinctionem virtualem actuum, quia Deus ex cognitione prioris velit discursive virtualiter, ad cognitum posterius deducit; si autem cognoscant pria et 2das non ut quod et in recto, sed alterum ut quod et alterum ut quo et in obliquo, uno actu attingunt, non actus luminis prioris attingens pria, ut quod transit in obliquo ad 2das et vice versa actus scientificus attingens 2a, ut quod transit ad atting. pria, ut quo et in obliquo.

Denique colligit, quod intentio gloriae ut coronae attingit in obliquo merita, et grad. meritorum determinatos specie, non autem haec merita in individuo et in particulari. 1a pars prob. quia intentio finis, ut finis in obliquo tract. ad media, ut prob. ex dictis; at gloria ut corona est finis meritorum. ergo intentio gloriae ut coronae attingit in obliquo merita. Hic ultra, amor efficax alicuius obti, necessario attingit saltem in obliquo, tum, ex quo essentialiter connectitur tale obtum; at gloria ut corona, habet essentialem connexionem cum meritis, tamquam cum effectibus in ordine in intentionis et tamquam cum causis in ordine executionis, ergo intentio efficax gloriae ut coronae non potest praescindendo a meritis in obliquo importatis.

Ex his 2a pars constat: intentio namque gloriae ut coronae, in gradu determinato terminatur ad illam. sed gloria ut corona in tali gradu determinata, habet essentialem conexionem cum meritis, etiam in gradu determinato: ergo ad illam pro ut

sic

sic terminat intentio efficax gloriae ut coronae. = Denique 3a pars suadet: actus efficax voluntatis, ut in vi obiecti primarii trahit ad secundarium, solum transit etc. ut sequitur.

Denique: actus efficax voluntatis ut in vi obiecti primarii trahit ad secundarium solum transit ad illud sub quo est terminus connexionis essentialis; sed gloria, ut 8. vidimus, non connectit essentialiter cum meritis sub ratione individuali, sed sub gradus similitudine in communi, cum nec gradualiter inter gloriae individuet a meritis; neque e converso, ergo electio efficax tracta ad gloriam, ut coronam in gradu determinato non tangit in obliquo haec vel illa merita individualiter sed in communi.

Hac ratione facile intelligitur ex vi talis voluntatis non attingi merita, ergo individuam entitatem illorum, videlicet ut sunt actus misericordiae, iustitiae etc. quod patet, quia gradus gloriae ut ordo non connectit essentialiter cum his aut illis meritis, sub tribus entitatibus, cum posset talis gloria conferri intuitu huius vel illius virtutis individuentur: ergo amor efficax gloriae non detrahit in obliquo entitatem diversam meritorum. = Si autem ratio meriti in actibus aliarum virtutum nequeat reperiri absque ratione charitatis, ut tenet frequentior thomistarum sententia, intentio gloriae ut coronae secundario et in obliquo charitatis actus attingit: quod fit ex eadem ratione, quia licet gloria ut corona essentialiter petit actus charitatis ad meritum, ut suppono: ergo amor efficax illius, ut coronae, nativo attingit secundo et in obliquo charitatis actum.

Opponeres contra ultimam maiorem: quia minime repugnat divinae voluntatis tractio a fussa, quam divina intellectus; at haec non potest confusa cognoscere terminos, sed nativo illos attingit sub ultima differentia usque ad individuationem, alias praescinderet distinctam facere et cum ratione confungeret: ergo nec divina voluntas, et consequenter si ex vi huius trahit ad merita, attingit illa sub rationibus individualibus. = 2o divinus intellectus absque consultatione proponit voluntati omnia media quae gloria sunt consequibilis sub ratione sua individuali: ergo volatum illa in particulari attingit.

Ad illam 1am maiorem: confusione obiectiva se tenente ex parte obiecti cognitionis, nego minorem, se tenente ex parte cognoscentis, concedo minorem et distinguo consequentiam eodem modo. Neque ex hoc sequitur intellectus divini praescindere rationem communem a ratione particulari, quia confusio a nobis posita non est praecisiva, sed disiunctiva, id est tractans ad haec vel illa merita, taliter tamen, quod in qualibet parte disiunctionis rationes communes et particulares, usque ad individuationem ingrediantur: = Ad 2. concesso antecedenti, distinguo consequentiam ex vi actus, quo ad gloriam trahit primario, nego consequentiam, ex vi alterius actus directe in eodem instanti trahentis ad merita, quod est electio, concedo consequentiam; =

Art. 5.

Artic. 5. Utrum praescia merit[orum] sit causa praedest[inationis]. D. Th. C.C. est negatiba.

Dub. 1. an detur ex parte nostra causa praedest[inationis] quoad 1. effectum.

In hoc dub. aliqua sunt de[ben]t supp[oni] ut certa; 1[us] e[st] praedestinationem quo ad ultimum effectum scil[icet] glorificationem dari in adultis cum merit[orum] quat[enus] in exequit[ionem] differt, et ratio e[st], q[uia] gloria differt in temp[ore] adultis, nihil ut praemium et corona meritorum (saltem loq[uendo] ant[e]) ut constat ex Ap[osto]lo asserente reposita e[st] mihi corona iustitiae, at illud, q[uo]d dat, ut praemium, recognoscit merita p[ro] causa; s[ecundu]m fidem dat causa ultima effectus praedest[inationis] = Ex quo evident[er] colligit[ur], q[uo]d [contra] Sententiam Maiorum et aliorum asserentium solam glor[iam] ee effectus praedest[inationis] nanis affirmandum e[st] dari ex p[arte] nostra causa praed[estinationis] quantum ad 1. effectum.

2[us] supp[ositum] e[st] dari ex p[ar]te nostra causa dispositiba gratiae habitualis et co[n]sequent[er] praed[estinatio]nis, quat[enus] se extrat ad illam. q[uo]d constat ex Trid. sess. 6. de iustificatione illum verbis: iustitiam in nobis recipientibus s[ecundu]m p[ro]priam unicuique dispos[itione]m. Unde in S. Bonav[entura] asserentibus solam iustificationem et glorificationem ee effectum praed[estinationis] co[n]sequent[er] asser[en]dum e[st] dari ex p[ar]te nostra causam dispositibam praedestinationis quantum ad 1. effectum. q[uo]d p[robatur], q[uia] [contra] hanc sententiam 1[us] effectus praed[estinationis] e[st] iustificatio, q[uae] dat in adultis causam dispositibam iustificationis: &c.

3[um] supp[ositum] e[st] dari ex p[ar]te nostra causam o[mn]ium effectuum praed[estinationis] quo ad entitatem phisicam q[uod] p[robatur] q[uia] o[mn]es tales effectus 1. si actus 1. habitus 1. auxilia; at o[mn]ia haec ex pot[enti]a obedientiali nostra educunt[ur] in illa recipiunt[ur], et ab illa moralit[er] causant[ur]: &c. = His supp[ositis] controv[ersia] p[raese]ns intelligit[ur] de praedest[inatio]ne quoad 1. effectum p[er]sonatum, scil[icet] quo ad 1. gratiam, an illius det[ur] ex p[ar]te nostra causa merit[ori]a aut dispositiba iustificationem, qua in re cum haereticis et Catholicis e[st] ad manus veniendum.

1[us] haereticorum error, aliis pluribus omissis, affirmat opera natalia ee causam meritoriam o[mn]ium effectuum praed[estinationis] ita p[ro] fidem Pelagius a D. Th. in praes. relatus, a quo paulisper discedunt Basilienses,

et expressius ad 14. argᵐ. illi Verbi, dicᵐ, q chatas et aliae virtutes infusae n̄ augent actibē ex actibus s tantu dispositibē et meritoriē. qq ita expresse docuit coe sentz, vt miru sit magistru docta Thomisticanu- tritum in opposita abijsse. id in 1. dist. 17. q. 2. art. 2. in corp.

2ª pˢ: n̄ gria quo ad 1. ee, similiter et chatas ideo nostris actibus n̄ efficiunt, q sit dona p se infusa; s l augmentu grie et chatis e aliqd p se infusum, cu sit eiusd roi cu 1. ee istaru fraru: g actibus meritorijs n̄ causat efficient.

R. Martinez, augmentu haru fraru ee eiusd roi cum illaru 1° ee in genᵉ Entis, n̄ aute in roe effectus, eo q ad 1. ee illarum n̄ supponit fra illud phis prestinens, ad augmentu autem supponunt gria et chatas in subto operante, et roe illaru prestinere post augmentu et illud efficient causari.

S 3ª 1°: n̄ intensio fre ssistit in magis educi de pota subti et magis illi vniri et pfectius radicari; s g n̄ post fra educere de pota subti, 1. eg vnire, 1. radicare in subto, n̄ post illa magis educere nec magis radicare: g augmentu intensibe grie et chatis e eiusdem roi cu 1° ee illarum n̄ solu in genere entis s etia in roe effectus.

3ª 2°: etsi ante augmentum supponat gria et chatas, n̄ tn supponunt intense s in gradibus remissis; s grie et chatas remisse nequeunt prestinere phis augmentu sferendu in premiu: g nihil in subto supponit dans phisice stinentia augmenti. min. de te- dit 1°. n̄ effectus excedere negt pfectione cae, in qua phis stinet; s gria in gradu remisso excedit a gria in gradu intensiori: g negt phisice stinere intensiory excesum.

2°: q nque ad 1. ee grie n̄ fra pmanens s fluidu auxiliu supponit, q in pmanª n̄ adequat pfectione grie, ideo n̄ post illa phisice stinere, nec efficient causare; s gria excedit ab augmento in graduali intensione: g n̄ post phis stinere augmentu, nec illud efficient causare.

3°: gria et chatas in gradibus remissis n̄ st prig physica excesus intensioris actus supra hitu: g neque excesus gradualis augmenti, q in premiu sfert. coa e euidens, n̄ eatenus prius actus influere post in trum lae actu causatum, quatenus influit immedᵉ in actu; s excesus gradualis augmenti hitus, q sfert in premiu seqt ad excesu gradualis actus. s si ite quo ad excesum, quo supat hitu, n̄ efficit a gria et chate remissa, s ab auxilio intro iubante augmentu hitus a gria et chate remissis n̄ post phis efficient pcedere. ans pˢ: si nque hitus chatis in gradu remisso posset roe sui actu intensiorem efficere, suffluere et augmentum hitus, q in premiu meritory sfert; coens e falsum: g chatas in gradu remisso n̄ e roe sui prius phisicum actus intensioris quo ad

exce-

excessum supra habitum.

Et ex his ad 1. oriq. fundatum. Resp. concessa maior, neg. minore; n. licet ad augmentum charitatis et gratiae gratia et charitas in subiecto supponant, quia tamen supponunt non in eodem intensionis gradu, sed in inferiori, fit consequens quod non possit augmentum physice efficienter per actum meritorium causari.

Ad confirmationem concessis maiori et minori negat consequentiam: nam fides ad habitum theologiae supposita, quae est superioris ordinis ad theologiam, potest illius permanentiam physice continere: gratia autem et charitas in gradibus remissis inferiores sunt augmento eorundem habituum, quod in praemium confertur, et ideo illud physice continere nequeunt.

Sed oppones 1. fides in gradu remisso continere potest physice incrementum intensivum theologiae, quia est superior ad illam; sed et gratia superior est charitate: ergo gratia in gradu remisso continere potest physice incrementum huius charitatis. = 2. oppones D. Th. 1.2. q. 114. art. 8. ad 2. ubi cum sibi obiecisset: nihil potest ultra suam speciem agere, sed principium meriti est gratia l. charitas: ergo nullus potest maiorem gratiam l. charitatem mereri quam habeat.

His verbis R. ad 2. dicendum quod augmentum gratiae non est supra virtutem praeexistentis gratiae, licet sit supra quantitatem ipsius, sicut arbor, licet sit supra quantitatem seminis, non tamen supra virtutem ipsius: ergo sentit D. Th. quod augmentum gratiae et charitatis, etsi excedat quantitatem gratiae remissae, non excedit virtutem effectivam illius.

Resp. ad 1. instantiam neg. min. nam cum augmentum gratiae et charitatis non per se efficiat, sed conficiat ad augmentum gratiae, et gratia respectu sui augmenti non sit superioris ordinis nec remissa illud contineat, fit consequens quod non sit superioris ordinis ad augmentum charitatis, quatenus causabile est. = Ad 2. R. ex Caiet. ibi loquitur D. Thomas de virtute meritoria gratiae, non autem de virtute activa.

Ad 2. principale R. concesso antecedente, neg. consequentiam; nam licet proportio physica actus meritorii cum augmento gratiae et charitatis non est in ratione causae effectivae sed in genere causae dispositivae moralis et meritoriae, et ideo ex eo quod gratia et charitas efficienter causent actum meritorium augmentum non sequitur physice augmentum causare.

Ad 3. concesso antecedente, negat consequentiam, et reddit disparitatem: 1. quia licet viventis quod se auget effective, et si a seipso efficienter non causet, efficienter tamen causat ab alio eiusdem speciei: et ratio quare seipsum non efficit, praecisse est, quia a seipso non distinguitur, non autem quia ab alio agente creato non sit causabile; Unde cum augmentum adveniens sit eiusdem ordinis cum substantia primo genita, per se est causabile effective ab agente creato; et cum aliquod vivens supponat praeexistens, distinguatur quasi ab augmento, potest effective illud causare: augmentum autem inten-

sibus gratie et charitatis eiusdem rationis cum 1° esse instans formaliter; cum quia 1ª illa-
rum esse sit a solo Deo causabile, non ab alio agente sive constituto
formam superiorem sive formam eiusdem rationis, quamvis distinguat ab illo,
sit coens, quia augmentum, quamvis gratiam existentem supponat ab illa
que distinguat, non possit ab illa phisice efficienter causari.

2° quia augmentum viventis, et si illius quantitatem superet in
esse formali, non tamen excedit illius vim operativam et in esse virtuali, sive in il-
lo virtualiter prehabetur; augmentum autem intensivum charitatis et gratie non solum exce-
dit quantitatem, sed illius effectivam virtutem, nec in predictis formis virtualiter
effective prehabetur, et ideo non potest ab illis phisice efficienter causari.

Dices: non aliunde quia augmentum gratie non contineri in preexistenti
gratia, nisi quia gratia aucta perfectior est gratia remissa, sed hec ratio est nulla: quia
ergo minor viventis ut actum excedit formaliter seipsum ut precedit augmen-
tum, et superat seipsum quantitatem in esse formali, et tamen huiusmodi augmentum in
virtute ipsius virtualiter continet, et non excedit virtutem activam illius:
ergo quamvis gratia intensior seipsam ut preexistentem excedat in quan-
tum, sitque seipsa perfectior, poterit in virtute preexistentis gratie
contineri, ac proinde etsi non superet quantitatem, non superabit virtutem preexisten-
tis gratie.

Confirmatur neg. min. ad probationem dicat excessum magnitudinis extensive cum
sit excessus materialis posse causari a forma, per unionem ad novam materiam,
nullam ei perfectionem accrescentem; excessus autem augmenti intensivi
est formalis, cuius manifestum signum est, quia vivens potest generare aliud eius-
dem speciei quod sit maioris quantitatis; qualitas autem intensionis
ut quatuor, non potest in extraneo subiecto efficere qualitatem ut quinque,
et ideo maius augmentum viventis potest in illo virtualiter contineri,
secus autem augmentum intensivum habitus in habitu remissiori.

Et quidem eodem argumento probaret posse qualitatem remissam
in extraneo subiecto qualitatem intensam producere, et habitum acquisitum in-
tensionis ut quatuor facilitare posse ad actum intensum ut octo:
ac denique posse habitum intensum in quacumque minima intensio-
ne dare sufficientiam et virtutem ad intensissimum actum, quod falsum est.

Ad 4. argumentum concedo antecedens et nego consequentiam; et reddit disparitatem, non
ratio probans 1am esse gratie non posse cadere sub merito, nempe quia subiectum
non preexistit ad 1. actum in statu amicitie cum Deo, non militat res-
pectu augmenti, non ad actum, quo ad augmentum disponit, phisice po-
nit subiectum operans in statu amicitie cum Deo, quod ad rationem meriti de condig-
no requirit, et ideo potest augmentum gratie cadere sub merito, licet 1m est

ee griae non posset. ratio vero probans non posse 1am gratiam physice effici ex. vel causari a nobis, nempe a quo adillam non supponit forma permanens, l. quia ipsa se infusa non nimis efficaciter convincit de augmento, non est enim per se infusum, tum sit eiusdem rationis cum 1o ee griae, et forma praesupposita cum remissa sit, continerentur post augmentum intensibum griae et charitatis.

Et haec de hoc dubio.

Dubitat 2o. Utrum omnis actus elicitus charitatis augmentum charitatis mereatur?

Non de actibus a charitate imperatis, sed de elicitis nostra disputatio procedit, non quod de imperatis dicendum sit an secundum rationem sui augmentum praemij essentialis respondeat an vero maius praemium accidentale commodius, 1. 2. q. 114. tractabit. cum autem actus a charitate eliciti possint esse, et aliqui sint habitu praeexistenti intensiores, alij vero aequales et alij remissiores dub. est an omnes isti actus sint aug. ti griae et charitatis de condigno meritorij; et quidem quamvis tale augmentum promereantur extra controversiam est apud theologos: et merito non ex Trid. ses. 6. cap. 10. 24. et 32. constat homines suis actibus augmentum griae et charitatis mereri; at l. nullum opus nostrum istius augmenti potest ee meritorium, l. actus intensior habitu praeexistenti est meritorius illius, cum intensior melioris sit conditionis, quam aequalis, l. remissus: ergo actibus charitatis habitu praeexistenti intensioribus convenit quod sint meritorij augmenti griae, charitatis et gloriae. Unde tota difficultas ad actus aequantes habitum, eoque remissiores devolvitur. quid autem de actibus aequantibus habitum dicendum sit, partim ex dicendis in hoc dubio constabit, et partim in sequentibus videbimus: Unde dub. praesens ad actus habitu remissiores coarctamus.

Qua in re plures versantur sententiae: l. negat actus remissos augmentum charitatis mereri. hanc tenet D. Bonaventura in 2. dist. 4o. art. 2. q. 3. Durandus in 1. distinct. 27. quest. 8. num. 7. Victoria 1. relectionis de augmento charitatis numero 84. Soto lib. 2. de natura et gratia cap. 17. et in 4. dist. 16. quest. 2. art. 2. Vega lib. 7. in Trident. cap. 26. hoc tamen inter ipsos versatur discrimen, quod Bonaventura nec gratiae nec charitatis, nec gloriae augmentum actus remissiores habitu mereri fatetur: Durandus vero gloriae augmentum promereri insinuavit, non tamen griae et charitatis: Victoria et Soto gloriae et gratiae augmentum promereri defendunt, non tamen augmentum charitatis.

2a sententia oppositum docet gratiae, charitatis et gloriae novum

aug-

augmentu quemlibet charitatis actum etiam remissum mereri de condigno? Haec est apud recentiores Theologos, tam intra, quam extra scholam Divi Thomae communis; illam tenent Alvarez disputat. 60. de auxiliis; Lorca in praesenti disput. 26. Zumel, Montesinos et alii Recentiores. = Tenent et Scotistae cum suo Doctore in 4. distinct. 26. quaest. 1. et distinct. 22. quaest. Unica artic. 2. ex Patribus Societatis Suarez, Vazquez, Valentia, Turrianus, Conimbricenses, quos omnes alii sequuntur.

3a sententia docet sententia actus remissos charitatis de condigno mereri charitatis augmentum non autem distinctum ab eo, quod debet actibus intensioribus. hanc tenet Bañez dub. 2. n. 4. praereferens Capreol. Caiet. Conrad. et alios ex antiquis Thomistis, veram tamen sententiam sequentibus assertionibus explicabimus.

1a Dico: non stat meritum condignum augmenti visionis beatificae absque augmento charitatis et gratiae. ita theologi communiter contra 2. et 3. modum explicandi 1. sententiam, et ostenditur 1o ex D. Th. 1. p. q. 12. art. 6. ubi docet, inaequalitatem visionis proxime reduci in luminis inaequalitatem, et istius inaequalitatem in inaequalitatem charitatis. id ipsum docet q. 62. art. 6. et q. 95. art. 4. et in 1. dist. 17. q. 6. art. 3. ad 2. ubi cum sibi obiecisset: quod posse ad maius, posse ad minus; sed homo quolibet actu charitatis meretur augmentum vitae aeternae, quod est maius augmento charitatis: ergo. = R. D. Th. negando esse maius mereri augmentum vitae aeternae augmentum charitatis, quia meritum augmenti charitatis est meritum augmenti gloriae. 2o et 1. 2. q. 114. art. 8. ubi probat hoc suis actibus mereri augmentum charitatis et gratiae, quia est via ad augmentum gloriae, quod autem meretur ultimum terminum, meretur et intermedium: ergo.

2a Dico: non stat augmentum visionis absque augmento gratiae habitualis, neque augmentum gratiae absque augmento charitatis: ergo non stat meritum augmenti visionis absque merito augmenti charitatis et gratiae. consequentia admittitur a contrariis. ans. autem probatur 1o: nam vita aeterna datur iustis non solum ut corona meritorum, sed etiam ut haereditas ratione gratiae habitualis constituentis iustum filium Dei, et coheredem: sicut non potest augeri in ratione coronae absque augmento iuris meritorii, ita non potest augeri in ratione haereditatis absque augmento iuris haereditarii; sed ius haereditarium cum proveniat a gratia formaliter non potest crescere absque incremento gratiae, sicut nec ius meritorium augeri potest absque meritorum augmento: ergo.

2o probatur

beatificę non stat istą crescere absque lumine 2° probatur 2a quia nequeque lumen gloriae est principium proximum Visionis D. Th. 1. p. q. 12. art. 6. (nec contrarij authores negant) sed gratia est principium radicale luminis et visionis: ergo non stabit crescere visionem aut lumen absque gratię habitualis augmento.

Deinde probatur 2a pars et probatur 1m argumentum: nam Doctor Angelicus D. Th. 1a 2ę q. 11. art. 4. ad 1. charitas dimanat a gratia, sicut passio ab anima, sed non stat incrementum essentię absque augmento proprietatis, sicut non stat essę existere absque eadem proprietate: ergo non potest gratia habitualis crescere absque augmento charitatis. 2° non stat dispositio ad gratiam sine dispositione ad charitatem: ergo nec dispositio ad augmentum gratię non disponens ad augmentum charitatis.

3° nam ex opposito fieret ut homo magis dilectus a Deo minus diligeret Deum; consequens est falsum: ergo probatur sequela, homo namque maiori gratia adornatus est a Deo magis dilectus, cum Deus hominem diligere sit velle illi bonum; cui autem maiorem gratiam infundit, maius vult bonum, et consequenter illum magis diligit; sed si non infunderet charitas in eadem intensione cum gratia, non diligeret magis Deum, quam alterius charitas eiusdem intensionis, cui minor gratia daret, cum charitas sit principium proximum diligendi, et consequenter ex illius intensione incrementum dilectionis debeat commensurari: ergo homo magis dilectus a Deo, non magis diligeret Deum.

Et ex his probatur Ultimo nostra 2a: non stat incrementum charitatis absque augmento gratię habitualis; sed non stat augmentum Visionis beatificę absque augmento charitatis: ergo nec meritum augmenti beatitudinis essentialis stabit absque merito augmenti charitatis et gratię; consequentia tenet, maior constat, tum quia charitas sequitur gratiam, sicut passio essentiam; tum etiam, quia quanto magis Deum diligit, a Deo magis diligitur, Doctrina illud, ego diligentes me diligo, et consequenter maiorem recipit gratiam, quę est terminus dilectionis divinę.

Minor autem ostenditur 1° quia namque maiori gaudet visione perfectius agnoscit Dei diligibilitatem: ergo intensius diligit Deum. 2°, nam quia intensiori gaudet beatitudine a Deo magis diligitur, sed magis dilectus a Deo, est diligit Deum: ergo quia intensiori beatitudine fruitur, intensiorem habet charitatem, et consequenter non stat augmentum Visionis beatificę absque augmento charitatis.

Dices ex Recentiori quodam Visionem beatificam dupliciter posse crescere: 1. ex maiori divinę essentię penetratione, 1. ex cog-

nitio-

nitione pluriu possibiliu, et 1.º mo non posse crescere absque incremento charit. et gratiæ, bene autem 2.º mo.

Sed contra 1.º: nam S. Th. 1. p. q. 12. art. 8. tanto Deus perfectius cognoscit, quanto plura ex possibilibus vident in ipso et ex ipso; ex quo principio infert Angel. Doctor non posse in Deo omnia possibilia cognosci absque illius comprehensione; quod etiam docuit in 4. dist. 4. q. 1. art. 3: q. 2. de Ver. art. 4. et 5. et cap. 55. et 97. quod non stat visionem beatificam crescere ex pluriu possibiliu cognitione, quin etiam sit maior diuinæ essentiæ penetratio.

2.º: nam dato, quod visio esset maior ex pluriu possibilium absque maiori diuinæ essentiæ penetratione non esset maior in ratione beatitudinis; sicut enim creaturæ visæ ratione sui non essent ad beatificandum sufficientes, ita plures visæ aut cognitæ absque perfectiori cognitione Dei non magis beatificarent; si litigium inter Theologos non est de visione beatifica in ratione tantum visionis, sed in ratione beatificantis, an scilicet possit esse maior in ratione beatitudinis absque augmento gratiæ et charit.: ergo solutio tradita impertinens est.

Arguitur 1.º: virtutes morales per se infusæ non augent ad incrementum gratiæ habitualis, sed possunt esse intensiores et remissiores illa: ergo et charitatis augmentum non mensuratur cum incremento gratiæ. consequentia tenet a paritate rationis, antecedens autem docet a quibusdam Theologis, quos refert et impugnat Salas 1. 2. trac. 1. disp. 6. ses. 8. et probat 1.º: nam per actus cuiuscumque virtutis augetur gratia habitualis, et non augent virtutes omnes infusas actu cuiuscumque virtutis; non enim quicumque actus cum omni virtute proportionatur, sed solum cum illa, a qua elicitur: ergo augmentum virtutum moralium infusarum non adæquatur cum augmento gratiæ habitualis.

2.º: nam per actum virtutis religionis magis augetur religio, quam cæteræ virtutes infusæ, nam habet cum illa maiorem proportionem, quam cum aliis; sed gratia augetur æqualiter ac ipsa religio: ergo est intensior aliis virtutibus. Sed contra 1.º quod quidquid sit de veritate antecedentis, posse consequentiam negari, quia hoc non potest magis diligi a Deo, et minus diligere Deum, cumque diligi ratione gratiæ conveniat, et magis diligi, ratione maioris gratiæ, et diligere ratione charitatis, magis que diligere, ratione maioris charitatis, fit consequens, quod gratia et charitas consequenter in intensione; et quia hæc ratio non militat in aliis virtutibus, fit consequens, quod permisso antecedenti, possit consequentia negari.

Ad 1.

Ad 1. prob. Resp. Nego actus virtutum infusarum augere gratiam et omnes alias virtutes meritorie et dispositive ratione sui, sed ratione actus charitatis, et juxta illius mensuram, ut tenet frequens Theologorum sententia, 1. 2ae q. 114. art. 8. Unde in omnibus aequalis proportio est ad augendam gratiam, omnesque virtutes infusas. Et ratio quam doctam ad 2. probationem negandum sanis.

Verum 2o aliorum sustinendo sententiam, quae docet actibus aliarum virtutum ratione sui augmentum gratiae et charitatis et gloriae correspondere, concessa majori, negando minorem: actus enim religionis, et idem de actibus aliarum virtutum non meretur nec disponit ad augmentum sui habitus immediate, sed ad augmentum gratiae habitualis, et quia ad illam sequuntur omnes virtutes, ut passiones ad essentiam, fit consequens, quod aeque ad sui habitus et aliarum augmentum disponat, et aequalem cum illis et proprio cum habitu habeat proportionem. Ex quo ad 2. probationem constat solutio.

Arguitur 2o: potest augeri fides absque augmento gratiae et charitatis: ergo potest esse absque earum incremento crescere visio beatifica. consequentia videtur bona, nam fides in 1a sui infusione commensuratur intensioni gratiae et ad illam sequitur, sicut passio ad essentiam: ergo si hoc non obstante non commensuratur augmentum cum gratia et crescit gratia non aucta pariter, esse non obstabit, ut gloria possit crescere absque augmento gratiae habitualis. antecedens autem tribuit Bonaventurae in 3. dist. 13. Durando ibidem q. 6. Richardo art. 4. et 5. q. 46. Scoto et aliis et probatur, nam fides in peccatore sine gratia perseverat, potestque in actus habitu intensiores prorumpere, ac proinde illum augere, et tamen gratia habitualis illis actibus non augetur: ergo crescit fides sine incremento gratiae.

Resp. concesso antecedente, negando consequentiam, ad probationem dicatur, fidem non esse proprietatem gratiae convertibiliter se habentem cum illa, potest enim non solum de lege extraordinaria, sed etiam connaturali rei sine gratia conservari, ut tenet communis Theologorum sententia, quamvis gratia in hoc statu sine fide conservari non possit, ac proinde augeri potest fides, gratia habituali non aucta, lumen autem gloriae non sine gratia, neque esse, neque conservari potest, et ideo crescere nequit sine eo quod augeatur et crescat gratia habitualis. ratio autem cur fides in sui conservatione a gratia habituali non dependeat, alibi tradenda est. Videantur Theologi 2. 2ae q. 5. art. 4. Suarez lib. 2. de gratia cap. 3.

Tertia 33: non est de fide actus remissos charitatis augmentum gloriae, charitatis et gratiae mereri. hanc statuo contra plures recentiores

Vo=

solentes sententiam Bonav. et Durandi fuisse in Trid.o damnatam; ac pro-
inde oppositam esse de fide; illam defendit Bañes dub. 1. n.o 2. in
fine. Albarez lib. 7. de auxiliis disp. 6. n.o 9. ante cuius probationem ad-
vertenda sunt verba Concilii sess. 6. cap. 16. quae recentiores pro sententia
nostra oppositam sunt damnarunt. Verba sunt haec, atque ideo bene
operantibus usque in finem, et in Deo sperantibus proponenda est
vita eterna, et tamquam gratia filiis Dei per Christum Iesum misericor-
diter promissa, et tamquam merces ex ipsius Dei promissione bonis ip-
sorum operibus et meritis reddenda, et paucis interpositis ita
concludit, nihil ipsis iustificatis amplius deesse credendum est quo-
minus plene illis quae operibus quae in Deo sunt facta divinae le-
gi pro huius vitae statu satisfecisse, et vitam aeternam suo etiam
tempore, si tamen in gratia decesserint, consequendam vere promeruisse
censeantur.

Ex quibus verbis tale argumentum conficiunt: Concilium ultimo loco
accepta de actibus bonis in Deo factis ab hoc iusto, sed comparare
missa in Deo ab hoc iusto fiunt comprehenduntur in dictione
Concilii, et consequenter de fide est ex omnibus actibus remissis charitatis et
gloriae deberi augmentum.

Quod autem ex predictis verbis non habeatur predicta conclusio ut
damnata et opposita de fide, probat [illegible] Bañes 1. n. 2. regula
Theologorum mens Concilii desumenda est ex intelligentia errorum, quem
Concilium intendit damnare; sed Lutheranorum error, quem destruere
intendebat Concilium, consistebat in hoc, quod in predicto cap. ultimo ne-
garet, scilicet nulla opera iustorum esse meritoria augmenti gloriae aut iu-
stitiae, sed omnes iustos equales esse in iustitia et
gloria, quod ipsi signa illius omnes quae iustos; mens Concilii non est iustos omnibus bo-
nis operibus augmentum gloriae et iustitiae mereri, sed tantum aliqua, quae
futuros esse equales in gloria, contradictorie opponatur.
hoc solum hereticorum errori

2.o: non opera bona moralia ordinis naturalis ab hoc iusto
facta sunt merita tamen communiter theologi sunt et tamen ab hoc iusto proce-
dunt, et in Deo fiunt, non possunt sine speciali gratia eliciunt, quod quidem
et si non ad omnia, ad aliqua tamen necessaria esse Dei auxilium est communis the-
ologorum sententia: ergo Concilium non est ultimis quae ad opposita.

Deinde id ipsum explico et confirmo in hunc modum, ut opposita
sententia esset a Concilio damnata necessarium erat, ut haec propositio esset a Concilio de-
finita, omnia opera bona supernaturalia ab hoc iusto facta sunt meritoria augmenti gloriae et
iustitiae

iustitiae; Ilhaec propositio a Concilio definita non est, sed non damnata propositio 11. min. in qua est difficultas, ostenditur 1. in eodem sensu accipienda est propositio Concilii quo ad opera in quo accipit quo ad iustos adultos, sed respectu illorum non accipitur ultima propositio: si non quae aliquis adultus post rite susceptum baptismum statim moriatur, nullo supernaturali opere interveniente, non merebitur augmentum, ut omnes fateri tenentur, quod postquam loquitur de operibus iustificationem supponentibus: sed nec respectu operum accipiendum est propositio in sensu distributivo.

2 probatur: non actus fidei ab homine iusto factus, sine imperio charitatis formali vel virtuali non est meritum augmenti gloriae et iustitiae, ut docet D. Th. 1. 2. q. 114. art. 4. Bonav. in 2. dist. 41. art. 1. q. 3. Capreol. Soto et Martinez, ibique omnes discipuli D. Th. quos sequitur Lorca disp. 48. et variis locis esse communem Theologorum sententiam; sed si illa propositio ultima esset a Tridentino definita, ista sustineri non posset; ergo.

Denique probatur: non contritio ultimo disponens ad iustificationem non potest instanti meretur augmentum gloriae et iustitiae de condigno ut tenet communis Theologorum 1. 2. q. 114. art. 5. et expresse docuit D. Th. q. 112. art. 2. ad 1. loquens de augmento iustitiae; sed si ultima illa propositio esset definita a Tridentino, contritio in instanti esset meritoria augmenti gloriae: ergo talis propositio a Concilio definita non est. probatur minor, contritio ultimo ad iustificationem disponens est opus supernaturale et prior posteriori natura ab homine iusto fit in Deo; sed si non omnia opera supernaturalia in Deo ab homine iusto facta definitum est a Concilio esse meritoria gloriae et iustitiae de fide est contritionem ultimo ad iustificationem disponentem esse meritum de condigno augmenti gloriae et iustitiae.

Sed Concilium intelligendum est de omnibus iustorum operibus, non tamen respective ad augmentum essentialis beatitudinis, sed vel ad 1. gloriam vel ad augmentum illius, et contritio ultimo ad iustificationem disponens meritoria est 1. gloriae.

3a est 1. sed non est de fide neque a Tridentino definita illa propositio ultima, omnia opera supernaturalia ab homine iusto facta sunt condigne meritoria augmenti gloriae et iustitiae, et communiter respondere poterunt dicentes ii auctores opera supernaturalia remissa esse meritoria condigne, non quidem augmenti gloriae, sed gloriae quo ad 1. esse sive gradus correspondet.

2. non si docens contritionem in instanti iustificationis nec gloriae quo ad 1. esse, nec illius augmenti condigne esse meritoriam probabile est, ex quo defendunt Vega et Lorca: sed nec respectu gloriae, nec respectu augmenti illius divisive aut copulative definita est a Concilio illa propositio ultima.

Ex his ad argumentum recentiorum constat solutio: distinguo maiorem: est ultima propositio quo ad opera respective ad augmentum gloriae et iustitiae, nego maiorem respective ad augmentum vel ad gloriam quo ad 1. esse, concedo

do mai, et necessa min.ᵉ nego coam, non respondere post opibus inten-
sioribus deberi aug.ᵗᵘᵐ iustitiae et gloriae, remissis autem non aug.ᵗᵘᵐ gloriae
et iustitiae, seu gloriae mereri, qualiter accipienda aut interpretanda
Concilii Sess. 6. Can. 32. docuit Suarez Lib. 12. de gratia cap. 48. n.º
31. ut salvet doctrinam quod primo instanti iustificationis non augmentum gloriae aut
iustitiae, seu gloriae mereri, asserendo Concilium, cum docet iustificatum bonis operi-
bus augmentum gratiae, vitam aeternam et gloriae augmentum mereri; non intendere
haec omnia mereri per singula bona opera, sed indefinite per bona opera,
per quaedam merendo augmentum gratiae et gloriae, et per alia, ipsam vitam aeternam.
quomodo autem sit unicuique operi suum premium tribuendum non decla-
rasse Concilium, sed explicandum a Theologis reliquisse, ita Suarez fere
ad Verbum, cuius verba ideo retuli, ut videat quam immerito
ex Can. predicto Trid. adeo acriter contra Balles contendent, relecta
de revivicentia meritorum disp. 1. q. 1. n.º 28. ut nostram oppositam
fere ex illo Can. damnet.

3.ᵃ Conclusio: Nihilominus asserendum est, actus charitatis remissos,
augmentum gratiae, charitatis et gloriae de condigno mereri. ita prest. Bonav.
et Durandus sentiunt communiter Theologi, et ostenditur 1.º quia haec sententia est
conformior Trid.º Sess. 6. relata, can. 10. cap. 14. et 32. illis verbis: Si quis dixerit
hominis iustificati bona opera, ita esse dona Dei, ut non sint etiam bona ipsius iustificati me-
rita, aut ipsum iustificatum bonis operibus, quae ab eo per Dei gratiam et Iesu Christi
meritum, cuius vivum membrum est, fiunt, non vere mereri augmentum gratiae, vitam
aeternam et ipsius vitae aeternae, si tamen in gratia decesserit, consecutionem atque gloriae augmentum
anathema sit. Cui definitioni absque dubio conformius accedit asserendo omnem
actum charitatis etiam remissum augmentum gloriae et consequenter gratiae et charitatis mereri: ergo ita sen-
tiendum et asserendum est.

2.º probatur ex D. Th. 1. 2. q. 114. art. 8. ad 3. et in praesenti art. 6. ad 1. illis
Verbis, dicendum quod quilibet actus charitatis meretur vitam aeternam, non quidem statim ex-
hibendam, sed suo tempore; similiter etiam quilibet actus charitatis meretur charitatis augmentum:
ex quibus verbis tale argumentum format, ut enim in 1. conclusione ex D. Th. monstravimus men-
tem augmenti gratiae aut charitatis non stat absque merito augmenti gloriae, neque e converso;
sed D. Th. in priori textu docet quemlibet actum charitatis mereri augmentum gratiae, et
in praesenti ait, mereri charitatis augmentum: ergo sentit quemlibet actum charitatis, etiam remis-
sum gloriae, gratiae et charitatis augmentum mereri.

3.º probatur, in actu charitatis remisso, idem non adeo quidem intenso, hinc conveni-
unt omnes conditiones ad meritum condignum augmenti gloriae et iustitiae requisitae, ergo enim
opus

opus supernaturale in obsequium Dei factum ab homine grato procedens, et a charitate elicitum, quod sit conditionatum ad meritum sufficientem: ergo vere est meritorium augmenti gratiae, charitatis et gloriae.

Resp. deesse praedicto actui aequalis intensionis cum habitu, eo quod negligenter utens acceptis non est dignus accipiendi, ille actus, quia tota praeexistentis habitus intensione non utitur, negligenter utitur accepta gratia, et ideo intali actu non est condignitas ad augmentum gratiae recipiendum.

Ad 1.um ad hoc contra Durandum, non uti adaequate habitu praeexistente non tollit ab actu condignitatem augmenti gloriae: ergo nec condignitatem augmenti gratiae et charitatis: probatur consequentia 1.o quia non stat meritum augmenti gloriae sine merito augmenti charitatis et gratiae. = 2.o non augmentum gloriae maius est augmento charitatis, siquidem gloria charitatem excedit: ergo si non uti tota praeexistentis habitus intensione non aufert ab actu condignitatem augmenti gloriae, non privabit illum condignitate augmenti charitatis, quod est minus.

Ad 2.um: quod non uti tota praeexistenti habitus intensione, vel est negligentia privativa et peccaminosa, vel tantum negligentia negativa et non peccaminosa: si primum falsum, tum, quia non stat praeceptum utendi semper tota intensione habitus praeexistentis, et consequenter non uti tota praeexistenti habitus intensione peccaminosum non erit. tum quia si esset peccatum actus non adaequans totam intensionem habitus, actus charitatis non esset.

Tum denique, quia alias neque augmentum gloriae mereretur, cuius contrarium docet Durand. cum actus ex quocumque actu vitiatus, meritorius esse non poterit secundum eos sententiam. si vero dicatur 2.um: in contrarium obstat voluntarie assignari negligentiam tantum negativam non impedientem bonitatem actus indignum illum reddere augmento praeexistenti habitus.

3.o dilectio intensa ut octo, elicita ab homine habente charitatem ut decem, maioris est dignitatis dilectione intensa ut sex, elicita ab homine habente charitatem ut 4.or, sed iste 2.us actus est condigne meritorius augmenti gloriae charitatis et gratiae: ergo et 1.us. minor omnes concedunt, maior autem probatur, nam 1.us actus excedit 2.um in intensione, et alias ex maiori dignitate subiecti, nempe gratiae intensioris non decrescit eius condignitas, cum potius maior operantis sanctitas possit quam obstit operi dignitati et valori: ergo 1.us actus excedit 2.um in valore et dignitate, et consequenter si 2.us est condigne meritorius augmenti gloriae charitatis et gratiae, etiam 1.us meritorius illius erit.

Et ex his solutum manet argumentum Durandi, quod ita proponit, non

solius

solus dignus est augmenti, quod bene utitur acceptis, et habens habitum intensum et remisse operans non utitur habitu debito modo, quia actus non proportionatur intensioni habitus: ergo tale actus non meretur charitatis augmentum et solus illi, qui excedunt, vel adaequant habitus intensionem.

Respondeo ex dictis concessa maiori, nego minorem, cum non nullus extet praeceptum divinum aut naturale operandi secundum totum habitus intensionem, utens habitu remisse, non indebito et debito modo illo utitur, et actus undequaque bonus, id est nulla mala circumstantia vitiatus exercetur, et non illa bonus ac si habitu adaequate uteretur.

Secundo urgere possumus in favorem Durandi: licet non non uti habitu adaequate non sit carentia peccaminosa, est tamen imperfectio moralis, sicut non conferri consiliis peccaminosum non est, sed imperfectio moralis: ergo ratione illius negotiis reddit indignum remisse operans, ut illi augmentum charitatis debet, et consequenter actus remissus non meretur tale augmentum. Probatur consequentia ad meritum autem plura requirunt quam ad bonitatem operis, et supernaturalis et ad carentiam malitiae, unde thomistae docent actus supernaturalis misericordiae nulla circumstantia vitiatus meritorius condigne non esse, nisi ex imperio charitatis procedat formali vel virtuali, et tamen negotio imperfectio charitatis non vitiat actus misericordiae: ergo quamvis negotio adaequationis cum habitu praestantis existenti non vitiet actus remissus, poterit ab illo ratione condigni meriti augmentum charitatis auferre. = fateor, quod dices, quod ita cum Durando discurrunt, difficile possunt convinci, nec desunt docti recentiores, qui ratione falsa ducant, ut asserant actibus remissis non statim conferri augmentum, quod condigne merentur.

Respondeo tamen concesso antecedente, nego consequentiam, nam licet verum sit plura ad meritum condignum, quam ad bonitatem supernaturalis requiri, quod autem ex illa imperfectione morali meritum impediat, sine fundamento asserit. Tum, quia ex illa non tollit meritum condignum beatitudinis, ut fatetur Durandus: ergo nec dignitatem augmenti charitatis; tum etiam, quia alias auxiliatus ut decem, et operans tantum ut octo non mereretur condigne augmentum habitus praeexistentis ut duo, quod datur etiam est imperfectio negativa moralis non operari secundum totum intensionem gratiae excitantis et iuvantis.

Tum denique, quia alias omnis actus, cui annexa esset aliqua imperfectio negativa, ex quocumque procederet motivo, non posset meritorius esse, ergo actus supernaturalis ex motivo charitatis procedens, non esset meritorius condigne, quod nullus

lus Theologi asserunt. ut p. seq. n. per sibi anexo Virtus carentia, nempe virginitatis, quae imperfectio negativa est moralis est. Neque est ea de roo de carentia impij charitatis in actu misericordiae, cum n. praemium vitae aeternae amicabile sit, petit in sui merito amicabilem tendentiam, ut recte argumentantur Thomistae, ergo sine imperio charitatis tendentia amicabilis in operibus nostris n. datur, ideo removet ab illis ob negationem impij charitatis meritum condignum vitae aeternae.

Denique Arguit ex D. Th. in 1. dist. 17. q. 2. ad 3. in corp. et ad 2. illis verbis, unde quilibet actus charitatis in quantum est informatus tali habitu, ordinatur ad praemium substantiale, n. tamen ad augmentum praemij per se, sicut nec ad augmentum charitatis, quod docet Angel. Doctor propter actus charitatis remissos, ut constat ex corp. art. id ipsum docet ad Anibald. art. 3. in corp. et ad 23. et in 2. dist. 27. q. 1. art. 1. ad 2: sed ex D. Th. actus remissi n. merentur de condigno charitatis augmentum.

Respondetur Angelicum Doctorem loqui de augmento charitatis statim conferendo, et sic verum est actum remissum n. mereri augmentum habitus, n. autem negat actibus remissis meritum augmenti habitus conferendi n. statim, sed tempore debito et proportionatae dispositionis, et quod hoc sit mens D. Th. manifeste constabit legenti corpus articuli in 1. dist. 17 proxime relati, ibi quando actus charitatis procedit ex tota virtute proveniente ab habitu, et quantum ad virtutem naturae et quantum ad virtutem habitus infusi tunc unus actus disponit et meretur augmentum charitatis ut statim fiat, hoc est meritum augmenti charitatis ut statim fiat, negat actibus remissis. = constat praeterea, n. ibi D. Th. n. negat actibus remissis meritum augmenti habitus charitatis ex defectu valoris, sed ex defectu causalitatis dispositivae, ex hoc autem solo defectu tantum arguitur n. esse meritum augmenti ut statim dandi, n. tamen quod n. sint meritorij augmenti absolute.

3.º Arguit: actus remissi n. continent efficienter physice augmentum habitus acquisitorum: sed actus remissi n. continent efficienter moraliter augmentum habitus infusorum, et consequenter n. sunt meritorij illius. ant. est Angelici Doct. 1. 2. q. 51. art. 3. et est com. Theologorum sicut consequentia autem probatur 1.º a parit. roii. = 2.º quia neque actus remissior habitu acquisito in linea physica n. disponit sufficienter ad augmentum sui habitus dub. seq. inferendum = mox actus remissos supernaturales n. disponere ad augmentum habitus infusi: sed parit. ex eo quod remissi in genere physico n. continent efficienter augmentum habitus acquisiti recte colligitur actus remissos supernaturales n. continere moraliter efficienter augmentum habitus infusorum.

Respondetur concesso antecedenti negando consequentiam: disparitas autem est, n. agens physicum in-

tenuit quod sua actus sibi assimilare effectum, unde cum effectus si-
milis inveniet productus in ulteriori intensione non potest, quia in
excessu intensionis non est similitudo sed potius dissimilitudo:
quo circa ut docuit Arist. lib. 1. de generatione cap. 7. simile non a-
git in simile; agens autem morale seu causa meritoria hoc non
intendit sed operari in obsequium praemiantis, ex quo adiuncta
habituali gratia dignificante subiectum et opera nascitur valor
meritorius in actu, et quia actus ex eo quod cum intensiori gratia iun-
gatur non amittat suum valorem, ut supra arguebamus, sit ut
quamvis remissior sit habitu charitatis et gratiae non amittat dignitatem
qua in subiecto minus grato gauderet, ac per consequens quod si in isto
meritorius esset augmenti charitatis et gratiae, et in subiecto maioris gratiae
exornato condignitatem meriti obtineat respectu augmenti charitatis. et
ex his ad probationem 1.am consequentiae constat solutio.

Ad 2. dicatur actus meritorius non tantum moraliter sed etiam phi-
sice ad augmentum gratiae concurrere, et ideo in concursu dispositivo
sequitur leges actuum naturalium disponentium ad habitus acquisitos, secus
autem in concursu meritorio ratione iam explicata.

Ad 3. dicatur, dato tantum moraliter ad augmentum gratiae dispo-
nere Deus infundendo augmentum praedictorum habituum se accommo-
dare modo agentium naturalium, illud tamen infundendo quantum magis quo
habitus acquisiti suis actibus augentur, quantum nunc potest sequi, et illius sui-
se de facto sequuntur dub. sequenti videbimus, non autem ideo valorem ac-
tus mutavit, quia iste immutabilis est, et ideo actus remissus suum
obtinet valorem, quem in subiecto minus grato, ubi excederet intensionem
gratiae, obtineret.

Sed dices, ideo soli actus remissi non obtinent efficienter phi-
sice augmentum habitus acquisiti, quia effectum similem productum supponunt, sed de quo
incrementum habitus perfectius illorum excedit, sed haec ratio pari efficacia
probat non petere actibus remissis ratione meriti condigni augmenti habitus
infusorum: probatur minor. sicut requiritur aequalitas inter causam physicam
et effectum, ita requiritur aequalitas inter meritum condignum et prae-
mium;

minus; sicut ergo habitus infusi ut 8. excedit actus intensus ut 4.or quod sicut acquisiti habitus acquisiti ad actus remissus non obtinet in efficientia physica ita habitus, vel similiter excessus acquisiti habitus infusi ad actus supernaturales remissos non obtinebit in illius efficientia meritoria de condigno.

Huic obiectioni est propria solutio in illorum sententia quod merito condigno non aequalitatem mathematicam, sed solum proportionis tribuunt cum praemio, quod insinuasse videtur D. Th. in 1o. dist. 22. q. 1. art. 3. in corp. et ad Amb. q. V. ~~in corp.~~ art. 3. ad 2. et in 3. dist. 12. q. 1. art. 2. et 1. 2a. q. 114. art. 1. in corp. in qua consequentia maior, negatur minor, inter causas naturales et effectus requiritur aequalitas omnimoda necnon excessus naturalis causae ad effectus non vero in merito condigno, ad quod sufficit aequalitas proportionis, quae cum excessu meriti a praemio subsistit; unde sicut hac vita nostri actus momentanei aeternae gloriae pondus operantur in coelis et condigne gloriam merentur, quamvis mathematice non adaequant, ita actus remissi et si non adaequent mathematice augmentum habitus possunt illud condigne mereri.

Quia tamen haec aequalitas solius proportionis difficile explicatur ab illius defensoribus, nec meritum de condigno a congruo sufficienter distingui, et quia frequentior est apud theologos sententia ponens inter meritum condignum et praemium mathematicam aequalitatem ideo aliter est occurrendum obiectioni concessa maiori, negatur minor, ad probationem dicatur, quod licet incrementum habitus excedat actus remissus in genere physico et secundum suas physicas entitates non tamen excedit valorem moralem illius sumptum ex gratia et aliis capitibus, ex quibus valor seu condignitas actus meritorii consurgit, sicut poenarum acerbitas in aeternum duratura physice excedit temporalem delectationem sumptam ex peccato mortali, non tamen illius gravitatem moralem, et sicut beatifica visio physice excedit physicam entitatem actus charitatis, non autem excedit valorem meritorium illius. De quo fuse 1. 2. q. 114. art. 4.

Si dices sequi ex ista solutione actum intensum ut 4or esse meritorium condigne 8. graduum incrementi habitus, consequens est falsum: probatur sequela, nam huic condignitati nihil aliud obstare potest, nisi excessus incrementi gradualis ut octo ad intensionem ut quatuor; sed hic non obstat iuxta solutionem datam licet cum

excess-

excessu præmij ad entitatem phisicam meriti æqualitas eiusdem præmij cum valore actus morali: ergo.

Respondet negando sequellam, ad probationem dicatur quod licet ad æqualitatem præmij cum actu meritorio in valore requirat non petat æqualitas eiusdem præmij cum entitate phisica actus, requiritur tamen proportio, et quia hæc adest inter actum intensum vt quatuor, et quatuor gradus intensionis habitus, secus autem inter intensionem habitus vt octo, et actum intensum vt quatuor, fit consequens, quod actus intensus vt quatuor condigne mereatur quatuor gradus intensionis habitus non autem octo gradus intensionis.

Instabis: non sequitur ex hac solutione actum aliquem meritorium præmiari a Deo citra condignum; consequens est falsum et contra omnes Theologos nostros: ergo etc. vt sequitur.

Instabis: non sequitur ex hac solutione actus aliquis meritorius præmiari a Deo citra condignum; consequens est falsum, et contra omnes Theologos nostros: ergo. Sequela probatur secundum, quia supposita multorum nostrorum assertione gradus intensionis qualitatum esse heterogeneos ac diuersæ rationis, eo quod perfectiores quo plures intensionis gradus supponunt, verbi gratia quintus gradus quarto est perfectior, et sextus quinto, et sic de cæteris; hac suppositione, sequitur ergo sequela, actus vt vnus elicitus ab habente charitatem vt septem, citra condignum præmiatur quia in intuitu illius actus non dat octauum gradum intensionis habitus, sed ulteriorem habitus intensionem: ergo manet citra condignum præmiatus a Deus; maior, actus ille est æqualis in valore cum actu intensionis vt vnus elicitus ab habente charitatem vt octo; sed actus ab hoc subito elicitus adæquat suo valore nonum gradum intensionis habitus, et consequenter octauum gradum excedit: ergo actus intensus vt vnus elicitus ab habente charitatem vt septem, excedit in valore morali octauum gradum intensionis habitus, et consequenter per illum citra condignum præmiatur.

Huic obiectioni facilis esset solutio si cum nostris teneremus,

que

quę docet actu[m] crescere in valore ex maiori sanctitate personę, v.g. n.
eliciens actu[m] intensum vt vnum, habens quę charitatem vt 8.º sanctior sit
habente charitatem vt septem, actus illius maiori gaudet valore, ac proinde
quę post meritum condignę 9. gradum intensionis habitus, quę perfectiorem octavo gradu intensionis correspondente in premium actus vt vnum,
elicito ab habente charitatem vt septem.

quamvis tamen sententiam oppositam probabiliorem censemus ideoque aliter
nego secundam consequentiam, ad probationem dicatur illa sententia supposita, conveniunt asserendo esse non cuilibet gradui intensionis actus meritorii correspondere debitum
gradum intensionis gratię, charitatis aut glorię, sed duobus, vel tribus gradibus intensionis actus correspondere in premium vnum gradum
intensionis habitus et vnę gradui intensionis actus medietatem, vel tertiam partem vnius gradus in habitu, vt sic resarciatur excessus
gradus correspondentis in premium supra gradum actus meritorii, et equalitas ad meritum condignum exacta inter illos constituatur:
ex quo sequitur actum habentis charitatem vt octo debere esse intensiorem
vt mereatur 9. gradum actus habentis charitatem vt septem, ac proinde actum istum sine [?] in valore non adequare.

Sed urgebis 1.º: nam sequitur ex hac solutione actum intensum vt duo,
elicitum ab habente charitatem vt decem esse minus meritorium actu charitatis vt vnum
elicito ab habente charitatem vt vnum; consequens est falsum: ergo. Probatur sequela: actus iste 2.us
meretur medietatem 2.i gradus intensionis habitus, actus vero 11.us non meretur medietatem vndecimi gradus: ergo minus iste quam ille meretur.

2.º: sequitur ex eadem solutione actum vt vnum habentis charitatem vt decem nullum
augmentum meritorium esse; consequens est falsum: ergo. Probatur sequela: meritum nequit esse, nisi tantum
ad premium possibile; sed adui predicto non respondet augmentum possibile:
ergo nihil augmenti meretur. Probatur minor: gradus 11.us solus est possibilis integer, non autem
in partes divisus: sed predictus actus non meretur integrum gradum: ergo illi non respondet
in premium augmentum possibile habitus.

Respondeo ad 1. repetendo nego sequelam, ad probationem nego consequentiam, nam in sententia supposita tertia vel 4.a
pars vndecimi gradus est perfectior et equę perfecta medietate 2.i gradus,
vnde ex eo quod actus vt vnum habentis charitatem vt vnum mereatur medietatem
2.i gradus, et actus vt duo habentis charitatem vt decem non mereatur medietatem
11.i gradus, sed 3.am vel 4.am partem non sequitur esse magis meritorium illum actum, quam
iste secundus.

Ad 2.

Ad 2. nego seq., ad pb. nego min, ad cuius pb. dicat, q. licet gradus 4.us solus sit possibilis integer, et actus ille n. mereat. integrum gradum s. medietatem 1.3. p. illius n. seq. n. respondere predicto actui premium possibile, q. medietas 1.3.a pars et si n. sit possibilis seorsum ab aliis partibus, e. tn. possibilis simul cu. illis: ex quo tantum seq. n. fore illum actum premiandum seorsum ab aliis, l. ab alio intens. merente alium gradum, l. alias partes requisitas ad exg. 4.i gradus, n. autem q. illius premium n. sit absolute possibile.

Vltima D.: actus remissi n. merent. grie et chatis aug. distinctum ab eo, q. resp. actui intensiori dispositivo ad augmentum. hanc tenet Baner vbi supra et n. ita explicatam, fundatus, quo dicit, e. n. si actus remissi merererent. distinctum aug. ex actui ctinuato roe ctinuationis distinctum aug. chatis deberet; coens e. falsum: g. o. seq. e. manifesta, falsitate aute. coentis pbat. n. sequeret. actui p. horam ctinuato deberi aug. infinitum chatis; coens e. falsum: g. l. seq. l.o: n. int. instans et tempus dant. infinita instantia, cum int. illa nulla inueniat. p. porio: g. si actui vt vnus existenti p. instans debet chatis aug., et roe ctinuationis debet maius aug., debebit infin.

2.o: n. actui vt vnus existenti debet aliq. premium, et roe durationis e. corresp. premium maius; at in qualibet eius minima p. durationis dant. infinite: g. deberet actui infinita latitudo premii.

